68
13 D
70

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

39
6
41
13. 5. f. 7
39'5

TRACTATVS
PRATICABILIS EDITIONIS, DE LIBRIS RATIONVM, INSTRVMENTIS, ACTIS IVDICIARIIS, ET EORVM FIDE.

DOMINO ANTONIO DE MATTHEIS

Romano Interpreti Conſultiſſimo.



ROMÆ M. D. XXXXIII.

REVERENDISSIMO DOMINO. D. MARCELLO DE CRESCENTIIS S. R. E. CARD. TITV. S. MARCELLI.

ANTONIVS DE MATTHEIS ROM. DOCTOR CONTINVAM FELICITATEM.

QVOD *Maximum Impedimentum detinuerit me inuitum & ægre ferentem vrbem accedere non poſſe cum potiſſime, q Ampliſſimo Cardinali Farneſio collati honoris in me gratias agere nequiuerim, tum etiam charitate qua Romanos proſequor Achademicos vti minime valuerim Dominationi veſtræ Reuerendiſſimæ ſignificaui litteris: Offerebat ſe mihi declarandus Titulus editionis in C. in cuius nodoſis difficultatibus, quidam audituros me valde profitebantur. Quamobrem Tractatulum hunc aperiri gratum fore duxi: et Benigniſs. veſtræ humanitati mitti, non vt reuidere caſtigareq; dignaretur, Profecto ſententias meas nunquam altioris adeo ſpeculationis exiſtimarem auctoritatisq; vt uiri nobilis, qui ſola diſciplina legali (& ſi plurimis clareſcas) Cardinalatus Apicem aſſequutus fueris correctione condigne decorarentur, ſed ut maiorum ueſtigia ſequar. Qui ubi lucubrationes luci tradere decreuiſſent Patrono a*

quo robur optatum conſequerentur dicare conſueuerunt: Vnde Reuerendiſſime Domine Opus, quod ſeruulus ueſter oſtendit, quamuis non ornatiſſime prolatum ne (dum orationis ornamentum obſeruaretur) omnis marginis albedo nigreſceret, quia quæ meruerint allegari aceruo extraherentur, uel prætermitterentur ne ue quis merito me parum conſideraſſe aut aliorum conſiderata ſub orationis pulchredine uocabulorumq́ perquiſitione, auctore tacito mihi attribuiſſe profiteatur, ſeu ne obijciatur vulgare illud, ideſt, deficit ambobus, Rogo hilari fronte ſuſcipere digneris, ut fauoris & auctoritatis, Quibus pleriq́ gauiſi fuerunt modicum, & ſibi impartiatur. Valeat ex Eccleſia Sancti Pamphili Sulm. Ciuit. Idibus Febru. M. D. XLIII.

DIRIGAT ME IN VERITATE SVADO• CEAT ME QVIA DEVS EST SALVATOR MEVS.

OPERAM EDITIONI.

DATVRVM Prius noſſe oportet editionis nomen vnde deſcendat ſic Iureconſultus in princ. de orig. Iur. ¶ Diffinitionem ſiue deſcriptionem ¶ Cur fuerit introducta. ¶ Quotuplex. ¶ Et quis ſit eius effectus, hæc videbimus in prima parte. ¶ Secundam partem ſubdiuidam in tres, prout de trium editione dicturi ſumus, Rationum videlicet, Inſtrumentorum, Actorum, & viſuri eorum fidem, quæ potiſſime fraternizat cũ editione. ¶ Sed anteq̃ introeamus præludii loco per paucis notificemus, ꝙ vbi opinio contraria communi neceſſario, vel ſaltim probabili argumento communem vinceret opinionem, erit ipſa contraria ſequenda in iudicando conſulendoq́. Iohan. Andr. in c. primo de conſtitut. Philibert. de probat. ad cart. xxxiiii. per diuinum tex. Exod. 23. ibi non acquieſcens ſententiæ plurimorum, vt a veritate deuies, & humanum in. l. i. C. de Veter. Iur. Enucle. ibi ſæpe vnius & forſan deterioris ſententia poteſt & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare, qua ratione regitur tex. in. l. Si in tres. ff. de arbitr. Quæ vera niſi cõmunis opinio poſt ipſa argumenta contraria notificata validioraq́. Conſuetudine confirmata fuiſſet Eo. n. tantummodo caſu ſtantibus argumentis contrariis, & validioribus nihilominus cõmunem opin. propter conſuetudinem obſeruaremus, nec etiam eo caſu ſtandum conſuetudini eſt. Si argumenta ipſa contraria cõmunem opinionem iniquam, vel iuſti corruptricem eſſe propalaret arg. iiii. dixrint. in c. Erit autem
a lex ita doct. dicti. ¶ Et quoniam queris, editio, quid ſit.

Inciperem ab Ethimologia ſicut Compilatores in tit. de teſtam.in.l.i.iuncta.l.teſt.eſt,n.ſeu dicitur extra datio, quia non ſibi ipſi quis edit arg.l.penul.ff. de arbitr.l.ii.de ſtipul. ſeruorum,& facit tex.in.l.i.§.edere,ibi,date.ff.tit.noſtro de edend. ¶ Sed quoniam nomen ſonat in.i.non in.a. Dicitur editio,non edatio. Quia etiam de natura verbi dare,eſt dominium transferre.l.vbi autem, de verb. oblig.& nihilominus quandoque quis edit,& nullum dominium transfert,vt in d.§.quo in loco patet,ꝙ ſi ſolummodo diceretur dicitur edi. Concluderem,vt dicatur ab extra, & ditione, Quo vltimo verbo ſignificatur poteſtas, vt alias notatur in.l.i.ff. de iuriſdic.omnium iudic. Igitur ethimologarem, vt ſit extra. ſic alteri.l.fin.titulo dicto.poteſtas,& addas. Quæ ſit deſcribendi;ſi tranſire vis in diffinitionem, ſiue deſcriptionem, quam faciam hoc modo. ¶ Editio eſt poteſtas, ſeu facultas, quæ ſit alteri deſcribendi. Per verbum poteſtas declarabis, verbum.Copiam,in.d.§.edere,vbi ponitur etiã verbum ſit, ibi,facere. Dicit.n.ibi tex.edere eſt etiam copiam deſcribendi facere. Dubium videtur,quia non ponitur ibi.alteri, per me inſertum. Subintelligitur tamen vt probatur ex.l.i.ibi. vt perinde ſciat.ff.eod.per.l.argentarius in.§. nihil intereſt, & per totum,facit.d.l.penul.& exprimi debet, ad clarificãdum ꝙ qñ ſibi quis copiam deſcribendi facit parando puta vt exemplet originale.non dicatur edi. ¶ Modo exemplarem vbi meum tibi darem inſtrumentum aut librum deſcribere vt poſſis. Darem dico large quia traderem, vt habetur in.l.Si rem tradi.de verb.oblig. Sic.n.ſuadet materia ſubiecta arg.l.ſi vno.ff.locat.l.ſi inſulam de præſcript. verbis.cũ concordan.vel in libello complecterem inſtrumenti tenorem & libellũ tibi darem,vt in.d.§.edere.2. Sic ſi dictarem, vel ad alium te ducerem deſcribere vt poſſis; vel ad album prætoris,vt quidam mutant verbum alium in.d.§. vnde teneas ꝙ ibi.dare,vel dictare,ponatur exempla diffinitionis. Contra quam facere videtur implicatiua, etiam in.d.§. Indicans vt edere ſit & ſi non fiat copia deſcribendi dummodo aliter notificetur,de natura cuius habetur in.l.etiam.ff. ſolut.matr.& in.l.i.de iuriſd. Declara tu aliter ꝙ edere ſit

non per ſolam notificationem, vt videbatur per princ. legis ibi. perinde ſciat, ſed cum fiat etiam copia deſcribendi. declarat ſe ipſum Iureconſul. ꝙ dum dixit. perinde ſciat. Intelligatur cum qualitate deſcriptionis. Ad id quod dictum de implicatiua eſt, reſpondebis ꝙ ſi ſtaret argumentum verſiculus ibi: ſuperfluus redderetur, quia ſi edere eſſet per ſimplicem notificationem cuiq; pateret eſſe, vbi quis etiã copiam
3 faceret deſcribendi. ¶ NVNC videndum cur editio ſit inducta, Crederem vt fides veri conſtet. hanc finalem & generaliſſimam editionis rationem eſſe putarem, quia caſum non inuenies editionis vbi deficiat. Exprimitur in.l. non eſt nouum.C. eodem.& in.l. iuſtum. Quo in loco caſus eſt durus. Quia contra ſe quis edit. aduerſus.l. nimis graue. C. de teſtibus,& nihilominus hæc ratio ibi decidit vnde fortius in cæteris eam vigere dicas, nam rationes de quibus in.l. argentarius. verſic. ideo.& in.l. prætor. circa princ.ff. eodem. minime diſponunt in.l. iuſtum.& in.l. non eſt nouum. Vnde prædictam rationem finalem reputabis. ¶ Si argueres ꝙ ea ſtante caſu in omni edi deberet contra diſpoſita in.l. Qui accuſare cum ſimil. C. eodem. Replicarem præfatam generaliſſimam limitari per eam quæ in.d.l. nimis graue, vbi nimis eſt graue, vt cõtra ſe ipſum quis propria edere teneatur. ſuper quo fundatur.d.l. qui accuſare. Rurſus ꝙ illa de qua in.d.l. nimis. ſublimitetur. per aliam de qua in.l. Iuſtum. & in.l. non eſt nouum, in eis etenim non dicetur nimis graue. Quoniam ex facto prouenit edẽtis, qui ad Iudicium prouocauit petentem editionem, vnde ſibimet imputetur argumento regulæ damnum quod quis ſua culpa, &c. Sic ratio ratione limitatur argumẽto regulæ in toto vbi Decius.ff. de regul. iur.& regulæ generi per ſpeciem in. vi. ¶ Sed videtur illam eſſe finalem de qua in.l. prætor ait. ff. eodem ibi. cum ſingulorum rationes argentarii conficiant equum eſt vt quod mei cauſa confecit meum quodammodo Inſtrumentum mihi edi. Reſponderem hanc immo ſpecialem reſpectu præfatæ generaliſſime. Patet quia ceſſat in.d.l. Iuſtum &.l. non eſt nouum, generalem tamen reſpectu omniũ quorum officium eſt vt ſingulorum conficiant rationes in.d.l.

poſitam ad probandum cur ibi diſponatur argentarios,& ſi-
miles regulariter & abſq; cauſæ cognitione teneri ad ratio-
nes edendas ei,cuius cauſa confecerunt, generalē dixi quod
patet in.d.§.nummularios.ff.eod. ibi. quia ſicut argentarii
conficiunt rationes pondera, ſicut. Vnde capitur omnes
ſimiles argentariis in eo quia ſingulorum faciunt rationes,eo
ipſo edere teneri. ⁋ Quadere inferam ex dictis ꝙ & ſi ar-
gentarius & ſimiles actione in factum (vt infra dicam)edere
teneantur officio nihilominus iudicis aſtringi poſſint. Cum
non ſolum ratio dicta generalis,ſed etiam generaliſſima eos
aſtringat. Cuius vltimæ natura eſt officium iudicis impor-
tare vt capitur ex.d.l.non eſt nouum, &.l.iuſtum. ⁋ Nec
obſtat regula.l.in cauſæ.ff.de minor.vbi extraordinariū cū
ordinario remedio non bene ſe habet. Quia dices actionem
in factum ſapere Naturam extraordinarii vt habes ex.l.i.&.
ii.ff.de præſcrip.verbis. & ꝙ ſimul concurrant, habetur Bar.
in.l.in prouinciali.§.i. col. penul. ff. ſi cert.petat.per.l.& ſi
longius.ff.de iudic.iuncta.l.cum filiusfamil.ff.ſi cert.petat.
& Decius in.d.c.i.de probat.col.38.in fine. ⁋ Quod autē
& officio iudicis cogantur tam in prima,q̄ in ſecunda(ſi cō-
tigeret) editione probarem.ex textu.d.l.argentarius. ibi.iu-
betur,& ibi.cogit.Quæ verba maxime vltimum ad Iudicem
relatum eius officium important. Bar.in.l.i.ff.de condit.ex
lege poſt glo.in.l.Si ſoror.C.de collat. Gozad.in.l.i.C. ti-
tulo noſtro. hæc addas. infra.verſic. Quo remedio, &c.

⁋ Et quoniam iterum inſtas editionis rationem immo aliā
eſſe finalem. De qua in.d.l.argentarius.ibi.ideo autem ar-
gentarios tātum nec vllos alios abſimiles edere cogit.Quia
officium eorum publicam habet cauſam. Et hæc princi-
palis eorum opera eſt,vt actus ſui rationem diligenter con-
ficiant. Cōcluderem illam ſpecialem probabilemq; eſſe cur
ordinarie contra ſe ipſum edere teneatur, ſed quoniam hoc
viget in ratione.d.l.prætor.vt diximus. Melius firma ꝙ in
verſic.ideo.videbatur ne argētarius edere teneretur vbi edi
petens cum tertio controuerſiam haberet, ex duplici ratio-
ne. tam qm̄ rationes illæ tunc fide carere videntur. argu-
mēto Rubricæ. ff.&.C. res inter alios act. q̄ ex eo quia pro

ſe tantum

ſe tantum contrahenteq́; ſecum confeciſſe illas argentarius videbatur arg.regulæ.l.non omnis.ff.Si cert.petat. Sed tamen quoniam rationes ambæ concurrunt,non ſolum ea videlicet,quia officium eorum publicam habet cauſam,Sed ēt quia principalis eorum opera eſt,&c. edere tenētur & ſi non cum ipſo ſed extero petens habeat controuerſiam, ad quæ pondera.taxatiuam.ibi tantum.de qua in.l.gallus.§. quid ſi tantum,taxat etenim & reſtringit illud in argentariis tantū modo diſponi.excludendo alios rationum conficientes (vt puto) quāuis de publico approbatos, de quibus approbatis loquitur tex.ibi abſimiles,quia quāuis habeāt ſimilitudinem in publica approbatione. diſſimilitudinem tamen habent in eo quia non eſt principalis opera eorum conficere rationes. Principalis.n.opera mercatorum,& approbatorum eſt dare vnum recipere aliud ſuper quo lucrātur.Cui rei rationes acceſſoriæ ſunt: ſed argētariorum principalis opera eſt rationes conficere nummorum datorum,& receptorum. Et quod verbum ibi.abſimiles,pro abſimilibus in vno tantummodo capiatur.Crederem,quia ſi pro diſſimilibus in totū, eſſet diſponere ſuper indubitabili, cum nemini dubium ſit non fieri ex diuerſis, & diſſimilibus illationem.l. Papinianus de minor.cum concordā. ¶ Ex quibus infero contra Decium in d.c.i.col.xvii.Dum volebat mercatores & eos (qui ex conſuetudine ſuæ artis conficiunt rationes) edere non teneri. ob rationē quia in his deficiebant quæ in.d.verſic.ideo.Nam vt nuper dixi non ea de quibus in verſic.ideo. ſimul iuncta, (vt diximus) faciunt quem ordinarie, ſeu regulariter edere teneri ſecum cōtrahenti. quia vnum ſufficit ex his, videlicet ineſſe approbationem ſiue artis cōſuetudinem, vt.i.dicemus ſed operantur quando cum extero petens litigaret, quod de-

4 claraui. ¶ TERTIO Quotuplex editio ſit glo.Rubr. C.eod. quam ſequitur Cynus, ꝙ triplex ita intelligunt eam Recentiores,editio actionis,editio rationū,& altera Inſtrumentorum. Bal.addit quartam,videlicet,actorum. Alex.ꝙ immo acta ſub Inſtrumentorum nomine continentur.l.notionem.ff.de verborum ſignif. Sed Antonius de Alexan. ꝙ illud ſub largo Inſtrumēti verbo. Nam & rationes compre-

henduntur. Decius conatur ſaluare gloſam, ꝙ acta comprehenderit ſub Inſtrumenti verbo, vt capitur ex.l.ii. quam allegat, ſic fatetur quadruplicem eſſe, rationemq; aſſignat, ꝙ acta comprehenderit ſub Inſt. verbo, quia in actis adeſt publica auctoritas, vt in Inſtrumentis non ſic in rationibus. Purpur. duplicem dicit eſſe vnam reſpicientem actionem alteram probationem, ad actionem propoſitam adiuuandā, vel elidendam. Sub hac ſecunda contineri dicit editiones actorum rationum, & Inſtrumentorum, quæ omnia veniunt ſub Inſtrumenti verbo.l.i.C. de fide. Inſt. Ego vt inferius apparebit ponam actionis editionem inter acta, nam quando actio editur ſic libellus eſt de actis, quoniam productus coram Iudice fuit. horum inueſtigatio paruæ videtur vtilitatis. ¶ Quicquid ſit dicam, vt in ſimili Philiber. de probation. Editionem videlicet vnicam dari: Quæ quandoq; fieri petitur actionis, vel aliorum actorum, nonnunq̄ rationū, & ſæpe Inſtrumentorum. Quandoq; vno tempore ſic ante, ſæpius alio ſic poſt litis conteſtationem. Non.n. puto rationes Inſtrumenta vel acta ſeperatas facere ſpecies editionis. Ita gloſam Rubricæ intellligo. Dum dicit. & nota ꝙ tripliciter dicit de edendo.

5 ¶ VLTIMO Effectus editionis eſt veritas ipſa patefacta. Nam effectus ipſi cauſæ debet correſpondere.i.q.i.c.fertur. & in.l.de pupillo.ff.de nō operis nunc. Sed cauſa finalis editionis eſt deſiderium veritatis, vt ſumitur ex.l. iuſtum. C. tit. noſtro. Satisq; ſupradiximus in articul. cur editio fuerit introducta, igitur, &c. Pro quo videas infra in verſic. Quis ſit effectus Editionis rationum, & inferius de Inſtrumentorum editionis effectu.

ANTONIVS ROMANVS DE RATIONIBVS.

SVMVS In ſecunda principali tra- ctatus. Diuiditur in tres vt dixi. Vul- pianus primo loquutus eſt de actis. vt in.l.i.ff.eodē. ibi qua quiſq; actione. Secundo de Inſtrumētis vt in.§. dič. Vltimo de rationibus. vt in.§. ratio- nes, quem ſequuntur Compilatores. Primo de actis dicūt q̄ de rationibus. patet.in.l.i.iuncta.l.prætor ait,& quoniam ipſimet contra- rium obſeruant in.C. vbi primo de rationibus, ſecundo de actis,tertio de Inſtrumentis, vt in.l.i.ii.&.iiii. Sic vides q; in ordine non eſt vis facienda. Igitur mihi liberum erit vti commoditatē. Primo de rationibus, & ſecundo de Inſtru-
6 mentis,tertio dicturo de actis. ❡ RATIONES Igi- tur aggrediot quæ debeant regulariter edi. A quibus. Qui- bus. Qualiter. Quo tempore. Quo loco. Quotiens. Cuius expenſis. ❡ Quo remedio nolentes edere compellantur. ❡ Et de officio Iudicis quale ſe debeat habere. ❡ Secundo ponam eas quas edere quis regulariter non tenetur. ❡ Qui edere nō teneantur. ❡ Quibus. ❡ Quo remedio edere no- lens ſe tueatur. ❡ Quale erit officium Iudicis cōtra indebi- te petentem rationum editionem. ❡ Deinde quis ſit effe- ctus rationum editionis,& quam fidem habere mereantur.

❡ Redeundo faciam regulam affirmatiuam plurium edere debentium quos quoniam in aliis differunt,vt videbimus in pleriſq; locis maxime numero.24.ponam diſtincte ſic Ra- tiones eorum quorum officium publicam habet cauſam,& principaliter conſiſtit in rationibus diligenter conficiendis, vt eſt Argentariorum edi debebunt. Intelligo publicam ha- bere cauſam non ſolum ex eo quia publice,ſiue in foro taber nas habebāt quibus exercerent argentariam. vt Budeus ad- notat in.l.Si hominem.ff.depoſ.cart.183. Sed & quia offi- cium eorum de publico approbabatur. Vel quia libri quibus

rationes confici deberent per loci rempublicam ſignabantur anteq̃ inciperent exercere: Aut dum licentiam publicã reportabant mediante Iuramento fideliter exercendi, vt de quibuſdam mercatoribus Alex.dicit in.§.nummularios, & ꝙ propter licentiam publicam dicatur officium publicam habere cauſam videtur tenuiſſe glo. in.auc. de fideiuſs.in.§. penul.col.i.Quam ſequitur Alex.in.l. prætor ait.ff. eodem. hoc puto verius fuiſſe in argentariis,q̃uis glo.in.d.§.nummularios.præſupponat non ſic olim fuiſſe.nam ſi quãdo qui rationes ab argentario petit iurat non calumniæ cauſa poſtulare,vt in.l.ſi quis.§.exigitur.vbi de ſolius argẽtarii intereſſe tractatur.tanto fortius credendum eſt argẽtarios in principio officii,reipublicæ loci iurare ꝙ rationes cõficient diligenter.ꝙ Iuramentum omnibus ſufficiet qui ſecum negocium habuerint,vt in ſimili.notatur de vnico Iuramento in d.§.nummularios.nam ꝙ argentarius diligenter,&c. pluriũ vertitur intereſſe.ſic intelligo publicam eos habere cauſam, non autem ꝙ eorum officium approbaretur habito reſpectu perſonæ. Tũc.n.diceretur officium publicum,& perſonale, vt eſt notariorum quod falſum diceretur. nam ſeruus exercet argentariam.l.i.§.Sed ſi ſeruus.& officium ſtat in libito voluntatis.vt in.l.prætor ait.§.is etiam.nõ ſic notariam, ſiue tabellionatum,vt in.l.generali.C.de tabell.lib.x. Quam ſic intelligo quicquid dixerit Decius in.l.ꝙ attinet.ff.de regul.Iur.ad quæ vide.in.auc.de tabell.& ſic intelligo glo.in. §.nummularios.ibi.minus publicæ fidei habent q̃ notarii.de quo vide infra verſic.ad tertiũ.vbi de fide. dicam. ¶ Idem in ſimilibus dicitur.ideſt nummulariorum qui rationes, &c. vt in.d.§.nummularios.non tamen de nummulariis intelligas qui in pecuniarum permutatione tantummodo aſſiſtũt. Sic Budeus vbi ſupra.ſed in his qui ſicut argentarii officium exercent q̃uis nõ ſic in magnis quantitatibus, & negociationibus.iſtam nec puto aliam eſſe differentiam inter argentarios & nummularios quicquid recitet Alex. in.l. prætor ait. ff.eod. ¶ Nec in hoc puto abſimiles eſſe rationes mercatorum illorum, qui priusq̃ incipiant obtinent eorum libros ſigno publico ſignari, vel ſaltim eorundem vniuerſitatis ap-

probatæ iuxta.l.receptitia.in fine.C.de nō num. pecun. vbi pro hoc nota tex.in fine ibi.Negotiatores,& iuxta glo.in.d.§.nūmularios,quē vſumobſeruari vidi pluribus in locis.nam edi debebunt. ¶ Neq; diſſimiles puto illas gabellotū & peda giorum habentium libros a publico ſignatos nam iſti iurant fideliter exercere dicit Pupur.in.l.i.C.tit.noſtro.Puto in his ꝙ non ſolum ſignum,ſed & Iuramentum requiratur vt modicum ꝑ ſe fidei mereātur cū habeātur odioſi,vt in.l. quantę,ff.de publican.& ſic intelligo Bar. & Alex.in.§. nummularios.Solent enim prædicti omnes in ſignum (vt puto) publicæ fidei,& exhibitionis facere quodāmodo vnū tribunal. & ſimiles quoq; putabis illas maſſariorum cōmunis. de quibus Alex.in.§.nummularios.cum alleg. ¶ Diceret fortaſſe quiſpiam parum iuuare ſignum ponere libris, cū & in his falſa ſcribere poſſint. In hoc tamen potiſſime iuuant, quia ꝙ ſcribitur in eis mutari nequiret, vt fit in non ſignatis. Nam falſi mercatores omnino ſimilem librum ſecreto tenent, in quo cum eodem atramento,eademq; facie reſcribunt, augēdo tamē ſummam datorum, ſiue diminuendo receptorum. Ne igitur iſti craſſentur conſueuere quibuſdam in locis non tantum ſignare libros,ſed nec ante q̄ iam ſignatum eis præſentaretur rationibus completum.Vnde quā bonum pauperibus videretur omnibus in locis vt pœnaliter ſtatueretur ne quis Mercātias cuiusq; generis exerceret q̄ cum libris publico ſigno impreſſis.Profecto intereſt Reipublicæ,vt pauperibus & ignaris occurratur in euitando damno.iuribus vulgaribus quod maxime a talibus infertur. ¶ Diceret quis & in ſignatis libris falſum ſcribere nō impedirentur. Dic eo caſu ꝙ imputetūr eidem qui nō aſſiſtit neq; aſſiſtere fecit dum ſcriberetur,enimuero tempore contractus talis Mercator ſcribere ſcriptumq; oſtendere tenetur. Quia & ſic notarius reputatus maioris fidei vt notatur in. d.§. nummularios.

¶ Item Rationes eorum quorum artis cōſuetudo eſt, vt rationum libri conficiātur edi debebunt propter tacitum mādatum ex conſuetudine cauſatum.Ita Bar. & Legiſtæ communiter magis in.l.i.C.tit.noſtro.& Canon. in.d.c.i. per.l. vel vniuerſorum.ff.de Negoc.geſtis.&.l.fin.ꝙ cum eo. q̄uis

Decius in.d.c.dicat ꝙ an ſit cõmunis dubitetur. ¶ De cõſuetudine intelligas generali.ſic Bar.vbi ſupra.Reſpondens ad.l.argẽtarius,& Decius ibid. pro quibus pondero verba frequentiſſime ad eorum fidem in.d.§. nummularios. Talis enim cõſuetudo facit ius,vt per Ant. de Butrio in.c. fin. de cõſuetud.Aretin.in cõſilio.xi. ¶ Exemplare poſſes in aromatariis,& mercatoribus de publico nõ approbatis, nec ab vniuerſitate,vt ſupra.& in his quos vulgo vocant factores, ex eademq; ratione extẽdas ad foraneos factores.& eos vulgo dictos Macellarios ſiue Buccerios,Panetterios,Similesq; quos non in libris,ſed in texeris rationes conficere conſuetum eſt,Data videlicet in vna parte ligni,Receptaq; in alia ſignare. Rationes enimuero edunt lignum diuidendo cuius particulam ſignatam cõtrahenti ſecum præbet. Et quãdoq; Iudici edent retentam partem tanq̃ originale ad ſimilitudinem libri rationum, vt dicitur in.l.procurator.C. eodem. ¶ In quibus etiam ex eadẽ ratione debet obſeruari ꝙ ſi vnus perdiderit partem ſuam, Iudex cauſa cognita ab alio edi iubeat.ſicut in.l.prætor.§.fin.ff.eodem.ſed hic in texeris crederem cauſam ſolo Iuramento probari.& etiam in. d.§. vbi maxime ageretur de parua ſumma arg. Allegatorũ p Hypp. ſing.27.vide in nouis deciſion.213. Quod ſi is a quo petitur editio,ſuam non haberet partem in promptu, Iudex curialem ſecum aſſociabit (ſi petatur) vt partẽ domi eant accepturi,ne fraus fiat;arg.l.i.in.§.editiones.ff.eodem. ¶ Et intelligas conſuetudinem in loco,quamuis qui petit neq; is a quo petuntur conſuetudinem obſeruaret.Si tñ ſimilium cõſuetudo eſſet,vt Alex.in.d.l. Dictũm hoc tñ limitarem ne procedat vbi qui rationes petit,probaretur ſciuiſſe tempore contractus ꝙ qui ſecum cõtrahebat nõ obſeruabat cõſuetudinem rationes cõficiendi;Tunc.n.eum tacite crederem renunciaſſe arg.l.Si procurator.C.de procur.&.l.iii.§.falſus. ff.rem rat.hab.Sed ſi vnius tantum cõtrahentium, vel amborum conſuetudo eſſet.nõ ſufficere putarem. Nam tunc vt Decius in.d.c.i.conſuetudo eſt ad eorum tantummodo cõmodum.Quadere in eorũndem odium retorqueri non debet, hoc modo tolli crederem inſeperabilem quaſi doctr-

rum rixam, an Mercatores edere teneantur. ⁋ Sed contra prædicta videtur quia ſi ex conſuetudine tacitum, vt ſupra mãdatum oriretur. Cõpeteret cõtra præfatos actio mãdati toto titulo de procurat. & nihilominus datur in factum, vel aſtringũtur per officium Iudicis, vt vidimus in articulo. Cur editio fuerit introducta, quod officium incompatibile eſt cũ actione mandati. d l. in cauſæ. ff. de minor. & in. l. quædam. ff. eod. cõſequenter ꝙ talis conſuetudo nõ aſtringat. vt quis edere teneatur. Bart. & communiter magis in. l. i. C. eod. dicunt mãdati actionem non dari, quia mandatum debet eſſe gratuitum, ſed argentarii nõ gratuito ſcribebant igitur, &c. hac ratione ſtante ſequeretur, vt Mercatores qui dum ſcribunt nõ pretiantur, actione mandati poſſent aſtringi, quod eſſet contra mea dicta dum hos feci ſimiles argentariis, qui actione in factum aſtringũtur & officio Iudicis. Vnde ſoluas ꝙ actio mandati non datur qm̃ a principio non eſt volũtarium ex parte ſuſcipientis. vt mãdatum eſſe debet. inſtit. mãdat. ſed neceſſarium. Verum eſt ꝙ a principio liberũ ſibi fuit an contraheret. Sed poſtq̃ contraxit nõ eſt ſibi liberum an Rationes cõficere velit, ſed immo neceſſe propter conſuetudinem talis artis quæ peperit Ius. vt per Decium ſupra, ſic obſeruandum argumento. §. conſtat. inſtit. de Iure natural. gent. & ciuili. Sic declaró Bar. in. d. l. i. & Rationem do cur argentarii, & ſimiles non actione mandati, ſed in factũ aſtringantur, hæc tñ ſolutio mea nõ eſt, ſed Nicholai de Mattharel. Iacob. Butric. & Bar. in. d. l. quædam. & addas hæc infra quo remedio, &c. ⁋ Differentias vero ſi vis inter illos approbatos, & alios de publico nõ approbatos vnã ſupra vidiſtis. Cur editio fuerit introducta, alias vide infra in verſic. poſtremo queri, &c. ⁋ Regula modo noſtra ꝙ rationes debeãt edi nõ procedit vbi ſemel editæ fuiſſent eſt tex. in. l. prætor. §. prætor ait. ff. eod. vbi requiritur cauſæ cognitio, neq; procedit in his quæ nõ faciãt ad cauſam. Nam edendæ non ſunt aliæ in libro deſcriptæ. l. argentarius in. §. edi. ibi. vt ea ſola pars quæ ad inſtruẽdum aliquem. ff. eodem. ⁋ Vel melius dic vbi eſt incertum quæ faciant. Omnes itaque totus liber Iudici edendus eſt vt aſpiciat quæ faciãt eaſq; parti

edi exequatur, ſic Bar.in Rubrica.ff. de noui operis nũciat. Decius in.d.c.col.42.ſecundum quem probatur in.c. contingit.de fide Inſtr.& vide in nouis deciſ.213. ¶ Facere ad cauſam intelligas, vel quia vnũ capitulũ ſine alterius editione nõ intelligeretur, vel quia ſaltim de eadem materia loqueretur. Ita ꝙ in aliquo conferat cum eo de quo ageretur, ſic Decius argumẽto.l.in ciuile.ff.de legibus.vbi Bal.dicens ꝙ totum Inſtrumẽtum edi debet. & quandoq; illud ꝙ cõtinuatur ex quo per præcedentia, & ſequẽtia multotiẽs aliqua declarantur, vel corrigũtur.l.ſi tibi.ff.ſi cert.petat. ¶ Item & quandoq; edi debẽt & quæ nõ faciant ad cauſam, puta ſi haberent cõnexitatem cum his quæ faciunt, ita ꝙ commode ſeperari nõ poſſent.arg.tex.in.§.ꝙ ſi commode Inſtit.de officio Iudicis,& hoc tenuit Bar.in.d.§. nummularios. ¶ Si vero certi eſſemus ꝙ vna tãtum duo ſeu tres particulæ faciũt non eſt opus, vt totus liber Iudici oſtendatur, ſic Abbas in d.c.contingit. ¶ Aduertas tamen, ꝙ ſi Iudex viderit ex alterius capituli ſeu partitæ rationum de facili fraudẽ fieri poſſe. eius negabit editionem, & ſi cõferat in aliquo, dummodo tale nõ ſit ſine quo rationes quæ principaliter faciunt petũturq;, nõ intelligerẽtur. Tunc.n.editio toleratur, allego tex.in.l.1.in.§.editiones in ratione ſui iũcto.§.rationes.ff.eodem. ¶ Idem ꝙ ſupra de fraude dicerẽ vbi ex editione ipſorum quæ cõferunt lites multiplicarẽtur. Ex ratione moueor quæ in.d.c.& ſumitur ex prohemio ſic finalis ratio eſt, vt habetur in.l.vt liberis.C.de collat.& per Lanfrã.in.c. quoniã cõtra.de probat.& per doct.in. Rubr. Qui admitti. ¶ Et ſimiliter ſic dixtinguerem in ſtatutis.quicquid dixerit Bart. in.d.Rubrica,& Decius in.d.c. ¶ In ſtatutis intelligas alterius ciuitatis nõ eiuſdem. Tũc.n.quia patẽt pro roſtris, & ſemper haberi poſſunt.edẽda non ſunt. Decius ibidem col. 43.niſi talis eſſet reformatio, quæ ad huc in corpore aliorum clauſa nõ fuiſſet, vt per eum.

7 ¶ SEQVITVR. A quibus edendæ ſint. Ab omnibus dicas his qui cõfecerint eas, vt in.d.l.argẽtarius,& in.d.§.nummularios cum ſimilibus. ¶ Item ab eorũdem heredibus omnibus ſi omnes poſſident, vel dolo poſſidere deſierint.d.l.Si quis.§.cogẽtur, aut ſi do-

lo poſſeſſionem acquirere noluiſſent, vt habes per Decium in.l.qui dolo.ff.de regul.iur. ¶ Et omnibus aliis ſucceſſoribus Iuris, videlicet vniuerſalibus, & ſi non eſſent eiuſdem profeſſionis.l.quædam.§.Nihil intereſt.ff.eod.ibi.cum in locum,& ius ſuccedat ipſius. Nā ſucceſſor ſingularis, vt eſt legatarius præfatarum rationum, vel donatarius. edere nō teneretur ſine cauſæ cognitione, vt in.d.l.§.Is autem. Neq; teneretur Iuris ſucceſſores vbi minime poſſiderent ne'ue dolo feciſſent quominus poſſiderent, vt in ead.l. ¶ Tenentur & Pater,& Dominus pro filio, vel ſeruo ad librum rationum, vel notariatus edendum. Si cōſenſerint ſaltim tacite filium notariam vel ſeruum in peculi exercere argentariam, vbi tū filius vel ſeruus non inueniretur, ſic Bar.& Alex.in.l.prætor ff.eodem. ¶ Tenētur etiam Tutores ſucceſſoris illius, qui cōſecerit argentariam.d.l.Si quis.§.Hoc erit. ¶ Et Procuratores Argentarii exercētes argentariā, vt in.§.Procurator. ¶ Vltimo extraneæ perſonæ ad quas modo aliquo rationes perueniſſent, vel earum exmeplum vbi probat. de quo vide in Inſtrumētis. verſic. Nūc breuius, edere tenentur, & quandoq; tranſmittere ad locū Iudicii ſi petens periculo ſe ſubiiceret, vt in verſic. in ordine,&c. Dicam. ¶ Omnes.n.prædictæ perſonæ nō edentes non euitabunt intereſſe refectionem, niſi ætate, Ruſticitate, Sexu, vel ſimili cauſa excuſarētur ab intereſſe.l.i.in fine. vbi glo.ff.eodem. & quæ cauſa ſit ſimilis bonus arbitrabitur Iudex.arg.l.i.C.tit.noſtro. ¶ Itē niſi propter maiorem vim vel fortuitum caſum tam ab intereſſe quia nō ederūt, q̄ & ab ipſa editione, quia nec nūc edere poſſunt, excuſarentur.argumento.d.l. Si quis.in.§. fin.

8 ¶ QVIBVS VERO Debeant edi cōcluderem omnibus quorum interſit vt ſibi edantur.& cum argentario nummulario Mercatore ſeu ſimili contraxerunt. ¶ Aut cōtraxit ſubiectus poteſtati petētis editionē.l.prætor.in.§.i.l.quædam in fine. ¶ Siue petēs ipſe ſucceſſerit cōtrahenti cū argentario.d.l.quædā in fine. ¶ Vel ſi Procurator eo abſente rationes confici mandauerit. d. l. Si quis. §. pertinere. ¶ Item & ipſi Procuratori vt ibidem. Sic intelligo.d.§.pertinere ibi me mandante quod intelligo tacite nam eo ipſo

quo contrahitur reſultat mandatum ꝙ probatur ex conſue-tudine artis eorum nõ autem in expreſſo mandato tantum vt voluit Alex.in.l.i.C.eodem.Immo teneas tu ſicut volue-runt Decius & Gozadinus in.d.l.Dicentes eum in expreſſo, & tacito loqui. ¶ Ad rem ꝙ ſupra dixi edẽdum ei cuius in-tereſt.Intereſſe intelligas non ſolum reſpectu eius qui con-fecit rationes puta quia petens editionem cum ipſo contro-uerſiam haberet, ſed etiam ſi cum extero, vt intellexi textũ. in verſic.ideo autem, & poſui ſuperius in articulo.Cur edi-tio fuerit introducta. ¶ Quod procedere firmaui regulari-ter cum ab argentario & omnino ſimili rationes edi peterẽ-tur. ¶ An autem et quando rationes fidem haberent quan-do cum extero controuerſia eſſet. Item quæ maior habetur fides Rationibus eorum qui de publico ſunt ꝗ eorum qui nõ ſunt approbati non hic ponam,ſed in articulo. Quis ſit effe-ctus editionis in.3.mẽbro. ¶ Inſuper dũ dixi omnibus quo-rum intereſt. Intelligas niſi ſemel habuerint, nam tunc non edetur eis niſi cum cauſæ cognitione.l. ſi quis. §. prætor ait. ibi.ei qui iterum.argumẽto.l.ſi legatum ſecũdum primam le-cturam.ff.eodem. ¶ Et intelligas dummodo requiſiti iura-rent,prout ponitur in.d.l.ſi quis.in.§. exigitur. ibi ne forte, vel ſuperuacuas Rationes, vel quas habet edi ſibi poſtulet, vel vexandi argentarii cauſa, & in.l.quædam.in.§.fin.ꝙ Iu-ramentum non exigitur a Notario ea ratione forſitan quia Notario ſatis iuratur quãdo dãtur ſibi nummi pro editione, ꝙ nõ contingit in argẽtario & ſimili vt dicitur per Bar.in.l. argẽtarius in princ. Aduertas quia per tex.in. d.§.exigitur, ibi.vel quas habet,videtur dicẽdum ꝙ Iuramẽtum ſufficit, & habeatur pro cauſæ cognitione,tñ nõ ſufficere dicas.Nam nulla differẽtia eſſet inter eos quibus ordinario Iure debet edi,& eos quibus extraordinario.Si.n.Iuramẽtum haberetur pro cauſæ cognitione in his qui extraordinario Iure peterẽt editionem.Sequeretur ꝙ quia præſtari debet ab his qui or-dinarie petere poſſunt.Nulla differẽtia eſſet,ꝙ tñ falſum eſt. d.l.argẽtarius.iuncta.l.prætor ait.§.i.ff.eodem, & Iura cõ-funderẽtur ad quod habes Rot.in deciſionibus.213. in no-uis, & hæc tenebis menti.i. in Regula negatiua.

9 ¶ QVALITER edantur videamus. & profecto a capite ſi nō aliter bene intelligerētur.l.argētarius.§. Edi quod intelligas a capite Rationis.vt in.d.§.non autem totius libri niſi Iudici ederetur vt vidimus, quæ rationes debeant edi, in fine & per Bar.in.d.§.edi. ¶ Item cum die & conſule.l.i. §.Rationes.ibi quoniam accepta & data nō aliter poſſunt apparere.Quam ſi dies & conſul editus fuerit in cuius conſu- lis loco anni domini hodie ſuccedūt Bal.in.l. Comparationes.C.de fid.Inſt.cum allegat.per Alex.in.d.§.editiones.& intelligas diem & conſulem præpoſitum ipſi ſcripto petito quod facit ad cauſam.ſi vero diem neq; cōſulem præpoſitum haberet neq; inſertum tunc dies & conſul capituli,ſeu vulgo partitæ proxime ſuperioris edi debent,vltimo loco ſi proxi- miori non adſit dies ſcriptus.aut cōſul.dies edi debet qui po nitur in initio tabularum ſiue libri.Sic intelligunt tex.in.l.ſi quis.§.ſi initium.ff.eodem. ¶ Quæ autem dixi de die aut cō ſule præpoſito. Idem dicas de inſerto ſeu mentionato intus capitulum ſeu partitam ipſam.Si tamen talis inſertus ſit dies confecti negocii, ſed ſi dubiū an ſit ille cōfecti negocii eden- dus erit ipſe ſi tamen ſit dies poſterior diebus poſitis aut in- ſertis in ſuperioribus partitis,ſed ſi eſſet anterior nō caret ſu ſpitione tamen edendus eſt, & etiam cum ipſo dies vltimus edi debet.q̄uis in ſuperioribus capitulis ponatur.Itaq; capias ex his ꝙ quādoq; ſumitur dies ab vno capitulo ſuperiori.nomenq; cōſulis ab altero,ſiue domini annus.Puta quia capitu lum ſiue partita vnum habens,altero careat. ¶ Quæ omnia intelligas niſi capitulum rationis petitum contineret negotiationem veriſimiliter non factam eo die qui præponitur aut inſeritur ſuperioribus, puta in partitis poſitis poſt illum diem talia totq; negocia continerentur. propter quæ non ſit veriſimile negocium contentum in ratione petita, illo die confici potuiſſe.Bal.& Alex.in Rubr.ff.ſolut.matr. Nō igitur dies talis edendus eſt. Sed potius cenſeri capitulum ſiue partitā poſitam abſq; die fideq; carere debebit. ¶ Item edēdæ taliter ſunt vt ſine difficultate legi poſſint.l.argētarius in §.edi.ibi.Niſi a capite inſpiciať intelligi non poteſt. pōdera verbum.intelligi. ¶ Et cum ſubſcriptione edentis Bar.in.l.

Exempla.ff.eodem.eſt tex.in.l.ſi quis.§.i.ibi.aut certe vnius editioni ſubſcribere,ꝙ intelligitur quando editur ad fundandam intētionem,non ad liberandum velit cedere vel contēdere.nam tunc nō ſubſcribitur . vt Alex.in.d.l. ⁋ Præterea in totum, & rationes aliæ ſi faciant ad cauſam,vt ſupra dixi, in articulo.Quæ debeāt edi,& etiā ſcripta in margine Alex.
10 in.§.ſi initium. ¶QVO VERO Tempore debeant edi.Sequitur.& concluderem vt anteꝗ̄ vllo modo ad Iudicē pro cauſa eatur Is cuius intereſt editionem petere poſſit . ad liberandum an agere velit,& ſi putauerit agendum adire Iudicem impetrareq; citari partem aduerſam . & inchoare iudicium.pro quo ſpecul.de Aduocato.§.nūc tractemus. Bal. in.l.Cum clericis.C.de Epiſc.& Cleric. dum tractat de Iudice committente citationem , hoc tamē aliquibus in locis nō obſeruatur impetrare,videlicet Iudicis commiſſionē ſed ſat eſt dicere nūcio ꝙ citet deq; iſto.tpe loquiť tex.in.l. Qui accuſare.C.tit.noſtro.ibi.volūt,ergo Iudicē non accerſerāt & ſic tex.in.l.fin. ⁋ Aduertendum quia Decius in.d.c. col. editionē huius tēporis tribus exemplificat modis. videlicet, vbi Fiſcus vel alia priuilegiata perſona peteret edi. vt aſpiciat an ſit agēdum.Secundo vbi petitur inſtrumentum ratione dominii per actionem ad exhibēdum ſed hoc minime bonū credo.Quia tūc non habetur per viam editionis,vt loquitur titulus de edēdo.tractamusq; hic.vt alias dixere Doctores.Tertium dat quādo actor in libello rationes mētionauerit aliquas vel Inſtrumentum. Reus.n.anteꝗ̄ reſpondere teneatur petere poterit rationum editionem , in ſe verum eſt. non tamē facit in hoc tempore.quia præſupponimus libellū editum non eſſe.Neq; primum exemplū placet ꝗ̄uis in ſe verum.nam per id præſupponitur caſus in quo priuati peteret, rationes priuilegiata perſona quæ poteſt & ad fundandam ſuam intētionem,vt infra videbimus . Nos vero Regulā dedimus affirmatiuam eorum qui regulariter edere tenentur, vnde ab his per quemlibet cuius interſit hoc tēpore peti poterit edi. ⁋ Qua tamen habita occaſione nihilominus dicas ꝙ hoc tempore non ſolum quis ab argētario, & ſimili vel eo cuius artis conſuetudo eſt,&c. petit editionem , vt vidimus

modo, ſed etiam priuilegiatus petit priuatarum Rationum editionem, vt videbimus, & nō priuilegiatus ab vſurario, vel ſimili odioſo. ꝙ quamuis in Clem. i. de vſuris poſitum non videatur, tamē ratio quæ regit illum tex. nō minus hoc in tēpore laborat q̄ poſt litem motam, & magis videtur in iſto ne tempus celandi fraudem ſibi ſuperſit. argumento. l. i. in. §. editiones non autem a priuato qui pro ſe rationes ab argentario exegiſſet. ¶ Præterea editio petitur & ab actore in tempore poſt reo cognitum libellum ante litis conteſtationem, ad hoc vt potentialiter ſe præparet. Si occurrerit rationes poſt litem conteſtatam præſentari. nam cum eorum editionem ante vt vidimus fortius poſt peti poſſe dicendum eſt. habetur per glo. in. §. Vt autē in auc. In medio litis non fieri ſacr. form. collat. viii. Et videtur tex. in. l. i. in. §. Edenda. ff eodē. ſecūdum ꝙ eum intelligo. infra in articulo. de Inſtrumentis quæ quis pro ſe, &c. in. xiii. fallē. ¶ Et quoniam hucuſq̧ loquuti ſumus de editione quæ fit actori. Nūc aduertere te habeo quia hoc in tempore fit editio Reo deliberare vt poſſit cedere ſeu contendere velit. Eſt tex. in. l. i. ff. eod. Non ſolum libelli vt ibi ſed etiam Inſtrumēti in libello mentionati per modum limitationis, & ſi plura Inſtrumēta eſſent, vt per dominos de Rota. deciſ. 34. in nouis. Quomodo autem & quādo hæc editio Reo fiat factaq̧ dicatur in actorū materia ponam. ¶ Et etiā ſibi fit ad fundandas dilatorias exceptiones. Puta patti de nō petēdo per tēpus, vt habetur inſtit. de except. ¶ Hucuſq̧ de inſtructoriis, & deliberatoriis diximus editionibus. Perpetuo notabis ꝙ vbicunq̧ actor ſiue reus certior & inſtructus eſſe præſumatur editionem ſibi fieri neceſſe nō erit. Rationum Inſtrumenti vel actionis, quod intelligas in terminis de quibus. ff. eod. in. l. i. & ſimilibus. Ita Bar. in. l. edita col. fin. C. tit. noſtro. & domini de Rota Deciſion. xxxiiii. Incipiē. Item ſi in libello, & eſt ſecūda de probat. in nouis ſecūdum nouiſs. ordinem. ¶ Quando autē præſumatur certus aut inſtructus bonus arbitretur Iudex argumento. l. i. C. tit. noſtro. Bar. autem in. d. l. edita, loco vt ſupra dat vnum exemplum in legatario, qui ex ratione dicta nō tenetur edere heredi niſi in libello poſuiſſet teſt. tenorē.

& lis conteſtata eſſet nam tũc tenor eſt de actis vnd.&c. vt Alex.in.l.Si legatum. Aliud Calderin.in.c.i. de probat. in eo qui petit ſententiam cõtra ſe latam pronunciari nullam. Eam enim Reo edere nõ tenetur. Cum Reus ipſe præſumatur ſententiam habere fauorabilem ſibi. ¶ Quod dictũ Bar. Dominorumq; nunq̃ obliuiſcaris quoniam ex eo limitantur editiones omnes deliberatorie inſtructorieq;. Quod quia procedit in Reo modo ſicut diximus fortius in actore procedere dicemus in caſibus eidem cõceſſis ad petẽdam editionem. Probarem quia facilius actori q̃ Reo editio denegatur. vt patet in.l.fin.C.tit.noſtro, vt cõmuniter intelligitur. ¶ Sublimitatur tñ dictum hoc ne procedat vbi quis rationes quas habere præſumebatur probabit fuiſſe deperditas caſu fortuitu ſine ſui culpa, vt habet́ in.l.Si quis.§.fin. ¶ Secũdo ſublimitat́ in caſu quo actor facultatem edendi non haberet in promptu, de quo ſtat́ Iuramento ſuo. Nam tũc proceſſus nõ retardaret́ ſic. Innoc. Abbas. Decius in.d.c.i.Rota etiã vbi ſupra ꝙ in.l.edita. Decius iterũ dixit & omnino videas præfatam rotam cũ additione. ¶ Tertio ſublimitat́ in caſu quo Actor ageret actione vtili ex iure ſibi ceſſo, & in libello mẽtionem de ceſſione feciſſet, nam tunc edere nõ teneret́ in iſto tempore. Specul.in.§.Nũc dicamus verſic.Quid ecce de Inſtrumentorum edition.Bar.Bal.in.l. Qui diſpẽdia. De procur. Dicentes ꝙ potius tunc de meritis cauſæ ageretur. Quo caſu poſt non ante litis cõteſtat.editio fieri debet. Perpetuò notabis hãc rationem quos Alex. ſequit́ in.l. edita in penul. col. ¶ Non ſic ſi actione directa nomine alieno ageret́. Q̃m tunc ante de perſonis querendum eſt, ſicut ſi Procurator tutor aut ſimilis ageret. Tutelam enimuero ſiue mãdatum tũc edere teneretur, & ante conteſtationem. ¶ Quarto ſublimitat́ per Ang.in.l.i.§.edenda quem ſequitur Alex. vbi ſupra.

¶ Proſequamur vlterius, edi debent & poſt conteſtationem ad effectum vt rationes petens actualiter cum his probare poſſit. quo tempore loquitur.l.i.C. titulo noſtro. quia pondero verbum ibi.aduerſaria in potiori ſignificatu. Capi ſicut debet.l.i.§.in perpetuum.ff. Si age. vectig. vnde dicetur poſt conteſtationem, ſic etiã intelligo legẽ.ii. ibi apud quem

res agitur, quæ verba cùm denotent Iudicium eſſe ceptum ſignificant poſt litis conteſt. & etiam edi debet poſt terminum datum ad producendum omnia, nam & Inſtrumenta, tunc produci poſſent, niſi renunciatum ſit probationibus, vel niſi per iudicē dictum ſit in termino ꝙ poſt eius lapſum nequeat vlterius produci vide in antiquis. 146. per. c. Cum dilectus de fide. inſt. & Alex. in. §. edenda. verbo. ſunt. ¶ Vltimo & poſt ſentētiam edi debet ad effectum vt retractetur, per Iudicem appellationis argumento. l. ii. C. titulo noſtro & omni tempore. Dummodo nō feriato in honorē Dei. Argumēto. l. dies feſtos. C. de feriis. & etiam hoc tempore poſt conteſt. ad fundandam peremptoriam exceptionem, de qua infra dicam dum incipiam perueniamus ad peremptoriam.

11 ¶ IN ORDINE Sequitur quo loco ſit edendum dic vbi rationes confectæ fuiſſent, nec alibi. Eſt tex. in. l. prætor. §. fin. ff. eodem. ¶ Niſi petens editionem expenſas reficere vellet, vt ad locum Iudicii originale tranſportaretur: vt ibidem ſecundum quoſdam. ¶ Dicas tu nō cum originale a loco nequeat amoueri, vt per Alex. & Deciū in. l. ii. C. tit. noſtro. vide glo. in. l. ſi legatum. ff. eodem. ſed copia dabitur fidedigna per argentarium ſiue notarium forſitan autenticata. ſic intelligo verbum Reſcriptum in. d. §. per quem capis, ꝙ quotiens argentario vel ſimili de publico approbato expenſæ offerantur, tranſmittere teneretur. Sic ipſe inuenire latorem, quod verū ſi eſt periculo tamen dicas petentis editionem. Ita Paul. in. d. §. argumento. l. vnde queritur. ff. commodat. ¶ Dubiū reſtat quid ſi natura cauſæ requireret originalis inſpectionem. Dicas trāſmitti debere, niſi periculum perditionis in itinere immineret, puta latronum. Tūc. n. vel homines per iudicem cauſæ ad inſpiciendum originale trāſmittendi ſunt. vt Bar. dixit in. d. §. per tex. in. l. Iudices. &. c. accepimus de fide Inſtrumentorum. ¶ Quod intelligas ad inſtantiam actoris in caſu quo ipſe actor producere vellet ſuas rationes alibi ſitas, vt Florentini dixerunt, quos defenderem a Decio in. d. c. contradicente. Sum ratione motus quia magis conſulitur producenti rationes ipſas Iudici cauſæ ꝗ mittere homines, vt dicit Bal. in. l. prætor. §. fin. ff. eod.

Si igitur qui producit contentatur de minori fide ſic mittere homines.pro certo ratio non ſubeſt cur non poſſit argumento.l.ſi quis.C.de pactis. Quod tenerem niſi Reus in ſe periculum itineris ſuſcipere vellet,vt in actore dixi. ¶ Aut ad Iudicem loci vbi manet originale reſcribi debet.vt id reſpicere dignetur,an aliquo modo ſit interlineatum, caſſatũ, ſeu diuerſo ſcriptum atramento. Ita ꝙ reddat ſuſpitionem. de eoq; facere fidẽ,vel ꝙ prima figura vitio careat.Sic Fulg. in pſato.§.Quod procedit vbi actor non ſuas ſed rei peteret rationes originales.Item & vbi Reus peteret præſentari debere originale rationum actoris alibi ſitum.& hoc in vltimo caſu ſaluarem Bar.& Fulg.a Florentinis recitatis per Deciũ in.d.c.i.de probat.col.46.& in.l.ii.C.titulo noſtro. quod a Fulgoſio cõſideratum putarem.Dum dixit ꝙ vbi eſt periculum in itinere non videt,vt ita Reo conſuli poſſit. Sicut in expenſis refertur per Decium in.d.c. ¶ Et hæc procedunt præſuppoſito ꝙ originale deperditum non eſſet, & eius editio peteretur,& vbi originale contineret plurium rationes, vt eſt liber mercatorum,ſed ſi litigantium tãtum ſtarẽ cum Bal.& Paul.ꝙ originale,&c.vt nũc dicam. ¶ Sed ſi non reperiretur tũc ſiue argentarius ipſe,vel ſimilis peteret editionem quia ſuperuenit incẽdium, de quo in.d.l.prætor.in fin. vt alterum conficere poſſit originale, ſiue alius in caſibus in quibus editio peti poteſt cum cauſæ cognitione , nõ in loco cõfectionis earum edi oportet,ſed vbi rationes ipſas inueniri contingat, quãuis natura cauſæ requirat earum inſpectionem , ꝙ vt plurimum contingit,vt Iudici conſtet eas confectas eſſe nec ne manu eius qui confecerat originale deperditum,& alibi cauſa ventilaretur q̃ vbi inuenirentur. ¶ Niſi petens editionem expenſis & periculo ſupponeret ſe tali. nã caſu & ad locum Iudicii trãſmitti deberẽt: vt eſt opin.relatorum in princ.articuli. ¶ Neq; Iudici eius loci quo inueniũtur eſt reſcribendũ ſicut fit in originale. Quem caſum puto per Florentinos cõſideratum,pro quo mihi videtur textus in l.Sed ſi hereditas.§.i.ff.ad exhibẽd.glo.ſenſit in.d.l.prætor. §.fin.quamuis ibi Paul.de Caſtro dicat.ꝙ ſubmittens ſe periculo & expenſis auditur,vt originale etiam tranſmittatur.

argumento

argumento.d.l.vnde queritur & Baldus in.d.§.in lett. antiqua.cõſiderans ꝙ nõ videtur ita cõſultum ex relatione ſicut libri coram exhibeantur quorum dictum non alias approbarem q̃ vbi originale litigantium tantum rationes cõtineret.Sed ſi diuerſorum ꝙ nullo modo tranſmitti deberet ſicut nec liber actorum vt per Alex.& Decium in.d.l.ii.C.tit.noſtro. ¶ VIDEAMVS Quotiens dic vt infra in In-
12 ſtrum.verſic.quotiens. ¶ OPORTVNE Se nobis offert cuius expenſis editio fiat.Breuiter dic petentis editionem ſiue in loco vbi deſcriptæ ſunt Rationes, ſiue alibi edi petatur.probarem per diffinitionem editionis per quam patet.ꝙ ſi copia deſcribẽdi fiat perfecte dicit edi.Ergo qui edere tenetur ſolutus eſt ſi copiam deſcribendi fecit. non igitur grauabitur in expenſis tam in ſcribendo ſiue copiãdo fiẽdis, q̃ in itinere.Si alibi editio petatur,q̃ vbi Iudicium ventilat. argumẽto Regulæ ſecũdum naturam eſt vt qui cõmodũ,&c. §.fin.inſtit.de legit.agn.tutul.niſi conſuetudine aliter diſponeretur vt extat in Regno vbi libelli copia datur ſumptibus actoris & habet equitatem, quam regulam intelligas niſi is qui edere tenebatur non ediderit, & nũc vellet purgare moram.argumento.l. cum quem temere.ff. de Iudic.
13 ¶ PERVENIAMVS Nunc ad articulum hunc, videlicet,Quo remedio edere debentes nolentesq; compellãtur.Doctores maximopere variarunt. ¶ Firmarem ꝙ ſi loqueremur in his qui ordinario Iure edere tenentur Argentarii,Notarii,Mercatores,cæteriq; de publico approbati, vel etiam non approbati, dummodo regulariter teneãtur propter mandatum tacitum ꝙ probat ex conſuetudine artis eorum & ſupra vidiſtis,actione in factum aſtringãtur, opinionem hanc dicit Alex.in.l.i.C.tit.noſtro de Iure veriorem, quam Decius in.d.c.i.Sequi primo videtur. quãuis poſtmodum dicat pro nunc cum opin.cõtraria(quæ cõmunis eſt) ſe tranſiturum contra iſtam cõmuniter magis volunt ꝙ immo per officium Iudicis. ¶ Dicas ꝙ quamuis actione in factum vt modo dixi.Nihilominus & per Iudicis officium cogentur.Sic reſoluo verbum cogi,in.§.nummularios.verbum iubetur,& verbum coget.in.l.argẽtarius in princ.ff. eodem.

& ꝙ vtroqꝫ remedio,&c.probaui ſuperius in articulo. Cur editio fuerit introducta meam hãc opin.ante me tenuit Albericus in.d.l.i.quamuis non declarauerit. ¶ Ad praticam aduertas quia dicere non debes peto mihi edi quia tuæ artis conſuetudo eſt.Sed allegare ꝙ mandaueris ad quod mandatum probãdum proponere cõſuetudinẽ tuæ artis. Ita Paul. intelligit communem opin.in.d.l.i.per notata in ſimili in.l. Si certis annis.C.de pact.& in.l.cum de in rem verſo. C. de vſuris. ¶ Quam opin.intelligas niſi quis ſemel ediderit nã in ſecunda vice quæ fit cum cauſæ cognitione.d.§. prætor in fine.ſolummodo per officium Iudicis cogetur non per actionem vt in ſequenti dicam. ¶ Aut ſumus in his qui ordinario Iure edere non tenenť (quos ponam in ſequenti regula principali negatiua)tunc officio tantummodo Iudicis, quod remedium extraordinarium eſt.l. in cauſæ de minor. vnde cum extraordinem coganť & extraordinario remedio dici debet.Sic loquiť lex.i.C.tit.noſtro. ¶ Quero quid ſi argentario mandauit expreſſe an habeat mandati actionem dixi non,ſuperius in verſic.rationes.ibi.ſed cõtra. ¶ Secũdo quero quid ſi expreſſe mandauerim ei qui regulariter edere non tenereť.rationes vt conficiat, an habeam mandati actionem.Dicas ꝙ ſic,nõ officium Iudicis.d.l.in cauſæ,quæ procedunt niſi præfatæ perſonæ omnes nõ in ſua, ſed in carta mea confecerint rationes, vt meo libro cui litteræ ceſſerunt.§.litteræ inſtit.de rerum diuiſion.nam tunc agerem ad exhibendum.l.iii.§.fin.ff.ad exhiben.quibus exhibitis vendicare librum ſiue cartam,hoc tamẽ caſu crederem ꝙ ſi mãdauerim ei qui regulariter edere non teneť tradendo librum meum in quo deſcribat vt & actione mandati agere poſſim locusqꝫ ſit electioni Argumẽto.l.iii.in.§.eligere.ff. de tributor. ¶ Queritur quid ſit duo eſſemus Domini Rationum vnus tamẽ eas poſſideret.Dicas ꝙ ſi peterem ſimplicem editionem officio Iudicis poſſidens cogatur.eſt tex.in.l.procurator.C.eodem.& quandoqꝫ proprium originale.vt ibi. Sed ſi eſſet poſſidens argentarius.vel ſimilis qui regulariter tenetur ꝙ actione in factum per ſuperiora. ¶ Sed ſi non ſimplicem peteret editionem ſed habere vellet originale. Tunc ſi

petens pro maiori parte dominus erat agere poterit ad exhibendũ & vẽdicare, argumento. l. queritur. ff. de ſtatu homin. ſin aut domini eramus equaliter nõ vendicarem niſi dignior fuiſſem. eſt tex. in. l. procurator. C. eod. nam penes digniorẽ ſtare debent, & hoc forſitan fiet per officium Iudicis quoniã extraordinario Iure cadit. ¶ Et intelligas digniorem tempore cõtractus ſecus ſi dignior, vt Fiſchus ſucceſſerit cõtrahenti nam tunc vtetur Iure priuati Bar. in. d. l. Item intelligas niſi quando a principio eram dignior, nunc vero cũ peto ſum infimior effectus Bar. ibidem. ¶ IVXTA prædicta querendum eſt quale erit officium Iudicis, contra edere nolentem. Dic ſi ſit is qui regulariter tenet̃ & edere nolit. cũ eadem actione in factum qua edi petitum fuit, condemnare nolentem ad intereſſe. Gozadin. in. d. l. i. quem ſequor, vnde non opus erit nouum proponere libellum pro intereſſe. ¶ Sed ſi loquimur in illo qui extraordinẽ cauſa cognita edere cogitur tunc nouiter officium Iudicis implorare neceſſe habet vt intereſſe conſequatur per quem officium etiam ꝙ pronuncietur Rationes in futurum fide carituras quo ad ipſum non edentem, vt Bar. in. §. edẽda. & Alex. in. l. quædam. ¶ CVIVS Vero ſit vtilitatis potius actionem habere ꝙ̃ officium Iudicis. Decius in. d. c. recitauit. col. 38. nam quãdo quis actione tenet̃ per interpellationem extraiudicialem conſtituitur in mora. l. ſi quis per colluſionem. ff. de action. empt. Secus ſi Iudicis officio. l. cum poſtulaſſem. ff. de dãn. infect. nota quia quotidianum habet̃ per Docto. in. l. i. ff. de Iuriſd. om. Iudic. ¶ Item differẽtia eſt propter modum formandi libellum Alex. in. d. l. i. col. fin. Ad quæ nota Bal. in. d. c. dicẽtem de officio Iudicis per quem petitur a notario. ¶ VLTIMO Quis ſit effectus editionis, & an & quando Rationes probent commodius ponam in Regula proxima negatiua in fine fallentiarum.

15 ¶ INGREDIAMVR Secundam principalem regulam Rationum quam faciam negatiuam ſic, Rationes quas quiſq; etiam argentarius vel ſimilis ſibi ipſi confecit ad commodum tantũmodo ſuum, ſiue actor ſiue ſit Reus edere non tenet̃ ad fundãdam petentis intentionem, & ſic

procedat regula noſtra. ¶ Itē Rationes quas quis habuerit ab argētario ſeu ſimili ad commodum tantummodo ſuum, aduerſario edere non tenetur.argumēto.l.nimis graue in ratione ſui.C. de teſtibus.l.i.C.tit.noſtro.vbi cogitur ex cauſa,ergo regulariter contra inſuper tertia perſona cui aliquo modo peruenerint rationes edere nō tenet̃ ad ꝙ.l. qui accuſare tit.eodem.ibi habet̃. ¶ Fallit Regula iſta ſi iuſta ex cauſa quæ probatur Iudex moueretur ad iubendum fieri editionem,vt in.d.l.i.vbi communiter,& in.d.c.i.de probat.Domini de Rota de probat. in nouis Deciſion. 218. Incipien. Licet pars.&.213.&.v. in ordine de probat. ¶ Quæ vero iuſta ſit infinitis modis verificaret̃. Adducere tamen quaſdam neceſſario debemus.& primo videamus in terminis primi capitis poſiti,videlicet in priuatis rationibus quas quiſꝗ ſibi ipſi cōfecit. ¶ In quo dixtinguamus conſiderando vel partem ſeu perſonam edentis,vel illam petentis editionem.

16 ¶ AD Primum iuſtam cauſam eſſe volunt ſi Rationum cōfector his vt bonis vtebatur.Bar.& communiter in.d.l.i. per tex.in.l.i.in.§.edēda.ff.eodem.Dicentem edēda eſſe oīa quæ quis apud Iudicem editurus eſt,& quamuis aliter in.13. fallen.Inſtrumētorum a me conſideratum videbis illum textum.cauſam hanc tamen approbarem ex Regula Rubricæ cum nigro.ff.quod quiſꝗ Iur. per quam cōcluderem non ſolum quando quis in Iudicio cōtra me ſed etiam ſi cōtra aliū præfatis rationibus fuerit vſus,vt mihi cogi poſſit ad edendum,quod verum ſi eſt (vt credo) pulcherrime notandum pro Rubrica,& nigro.ff.&.C.Res inter alios.ac. ¶ Cauſam hanc ampliarem vt etiam procedat quādo contra me his vti velle Iudicialiter declaraſſet, & ſi minime vſus eſſet. Puta verbaliter tātum eas produxiſſet nec ſibi proderit pœnitētia ſi ſcripta voluntas reperiatur argumento poſitorum in.l. edita.C.noſtro.per dominum Purpur.dicētem. Tunc demū quem incontinenti emendare dici cum illud fieret antequā ſcripta ſit prima volūtas motus ex not.in.c.apud miſericordē.22.q.i. ¶ Et hæc adeo vera putarem,ꝙ & ſi tantummodo vno capitulo rationum fuerit vſus vel contra me declarauiſſet vti velle,nihilominus totius libri editionē recte pe-

tam per glo.in.l.i.in.§.editiones, etiã moueor ex dictis Decii in ſæpedicto.c.i.col.24.poſt Bal.in.l.vnica.C.vt quæ de ſunt A duoc. & alios vt per eum.volunt.n.ꝙ ſi pars proteſtaretur capitulo tantum vno Inſtrumenti vti velle. Nihilominus ꝙ totum edere teneatur, ſimiliter ſi proteſtata eſſet ſe tantummodo in parte,& partibus pro ſe facientibus.Fely.in c.ii.de probat. ⁋ Quæ procedunt ſi ciuiliter ageretur ſicut initiatum eſt, ſed ſi criminaliter puta dicerem rationes falſas tũc indixtincte omnes edere tenetur, & ſi vna earum tãtum faciat ad cauſam ciuiliter initiatam glo. eſt cum allega-
17 tis eius in.c.g.perpetuus de fide Inſtr. ⁋ ALIAM Iuſtam eſſe cauſam dicemus vbi is a quo edi petunt eſſet odioſus.puta manifeſte vel occulte committit vſuras edere tenetur ſuas rationes,& quamlibet ſchedulam earum,ſi de vſuris ageretur.Alex.& Doct.in.l.fin.C.tit.noſtro. Abbas & Decius in.d.c.i.per tex.in Clem.i.in.§.Cæterum. de vſur. vbi Cardin.& Rom.in cõſil.216. Volentes ꝙ anteq̃ edi compellatur opus eſt vt eum vſurarium eſſe conſtet. hoc mihi non facit moueor per illum tex.in.d.§. ibi contractus vſuratios occulte ineunt & doloſe ꝙ vix cõuinci poſſunt de vſuraria prauitate ſic vides ibi edere compelli ad manifeſtandum cõmiſiſſe vſuras non erat igitur manifeſtatũ. ⁋ Sed cõtra hoc videtur dum volũt eum textum in Iudeo etiam loqui qui nõ occulte ſed palam exercet vſuras.vnde ſimiliter dici videt̃, vt loquatur in terminis quibus primo probet̃ Chriſtianum vſurarium eſſe,a quibus reſpondetur ꝙ minime loquitur in Iudeo patet.quia dicitur ibi de eccleſiaſtica cenſura quæ nõ cadit in Iudeo.Decius ꝙ immo cadit per indirectum vt per glo.ibidem in verbo cenſuras,& ad.§.fin. dicit ꝙ quãuis pœna illa heretici nõ conueniat Iudeo,mandatum tamẽ editionis bene cadit.Sed quoniam hucuſq; cõtrarium non eſt ſolutum.Tu ſoluas ꝙ loquitur in Iudeo quatenus occulte exercet immoderatas. ⁋ Quæ dicta non ſic ſimpliciter intelligas cum de vſuris agatur edi debere,ſed tũc demum cum indicia ſiue præſumptiones elaborarent eum commiſiſſe alias vſuras.Hæc opin.fuit Aretin.in articulo. de eo qui deſierit vſurarius eſſe vt infra videbis quem ſequor, nec te deterreat

ille tex.ꝙ de cenſura loquatur.Cum eadem equitatis ratione Iudex ex officio debeat moueri. ¶ Quod cum ita ſit in vſurario ſecreto vt intelligo illum tex. multo magis in eo qui alias fuit publicus dici debet,nō ſolum ad detegendum, ſed & vbi iam detectus eſſet commiſiſſe cum peteti editione ad detegendum quid & in quantum commiſerit vſuras. ¶ Infero igitur ex his ꝙ quis quis deſierit vſurarius eſſe. nihilominus ad edendum compelleretur. Bar.in.l.prætor ait.ff.eod. per illum tex.Cum relatis per Decium in. d.c.i. concurrente intelligas aliqua ſuſpitione.vt Aretin.in.d.c.Nam vt modo dixi duo concurrere habent vt edere teneatur. Primo vt agatur de vſuris,vt dixit dominus Purpur. in.l.i.& eſt tex. clarus in.d.clem.& ꝙ aliquæ cōcurrant præſumptiones vna ſaltim.nam iſte ſemel vſurarius fuit.ergo,&c.argumēto Regulæ ſemel malus in.vi.ſic ſufficit iſta abſq; alia conſiderata per Aretin. ¶ Quod intelligo vbi vſurarius notorie habebatur & notificauit relinquere vſuras. Sed ſi notorie nō habebatur minime ſufficiet ſuſpitio dicta ſumpta ex regula, ſemel malus. quia recurrendum eſt & ad aliam conſideratam per Aretin.in eo qui vſurarius eſſe deſiiſſet.Neq; in ſupradictis curo an occaſione vſurarum cōmiſſarum ante ſeu poſtq̄ deſiiſſet,agatur. ¶ Et quia diximus de Iudeis aduerterē eos in hoc differre a Chriſtianis quia Chriſticolæ quamuis exercere deſierint vſuras ne tamen releuētur a ſuſpitione. d.regulæ ſemel malus, vel ab alia nata priuſq̄ deſinerent. etiam ꝙ probarēt ſemper fuiſſe bonæ cōuerſationis opinionisq; poſt deſinentiam & ſaltim triennium effluxerit.de quo Corſet.in ſingul.Incip.præſumptio dicens tūc pro nouo homine haberi.Nam illud minime crederē procedere in occultis vt hic. Iudeos tamen effectos Chriſtianos putarem ab omni ſuſpitione prius nata lauatos neq; propter ipſas ad edendum teneri,niſi poſt Baptiſmum aliæ ſuperueniſſent. Vnde correlarie inferam ꝙ nec occaſione vſurarum commiſſarum ante Baptiſmum quis contra effectum Chriſtianum agere poſſit. ¶ QVAE OMNIA dicta de vſurariis, & Iudeis extenduntur ad eorum ſimiles. Dico Nautas,Caupones,publicanos,& ſtabularios.Dūmodo cum eis agatur de his quæ per-

tinent ad prædictum eorum officium. Puta quis diceret ab illis ſe deceptum ſiue pluſq̃ debitũ ſit exactum. Bal.in.l. diſſolute.C.de condit.ex.l. Alex.& Recentiores in.l.i.C.titulo noſtro.Decius in.d.c.i.Quicquid ibi dixerit Aretin. & communis opin.eſt per tex.in.l.quante.ibi quantæ audaciæ temeritatisq; ſint publicanorum factiones.ff.de Public. & in.l. i. §.i.&.§.Dixerit aliqs.ff.naut.caup.ſtabul.fraus etenim præſumitur ex iſtis quando agitur de pertinẽtibus ad eorum officium,ſicut de vſurario dictũ eſt.vt notat Abbas in.c. trãſlato de conſtit.& in.c.quemadmodum.de Iur.Iur. ¶ Si vero nauta vel caupo eſſe deſierit & ageretur occaſione fraudis ante commiſſæ rationes edere teneretur, vnde caueant mali homines & peſſimi generis vt eos vocat Iureconſultus ne in exercitio ipſo neq; poſtq̃ exercere deſierint priuatas deperdant rationes quia tenerentur ad intereſſe, niſi oſtenderent fortuitum caſum ſine culpa ſui cui reſiſti minime potuerit de quo in.l.Si quis.in.§.fin.ff.eod. ¶ Sed ſi contra eos ageret ob fraudem quam aſſeritur commiſſam poſtq̃ nauigare deſiiſſent edere nõ compellerẽtur.In hoc ab vſurariis differre putarem ex ratione quia nautæ nõ ita ſecrete ſicut vſurarii officium exercent. ¶ Aduerterem in hoc etiam vbi cõſuetudo nõ extaret nautas vel caupones rationum conficere libros neq; priuatarum. Si nauta negaret ſe priuatas rationes habere q actorem oporteat probare,non ſic in vſurario concluderem per ſupra poſitam rationem, videlicet non ſic ſecrete nautam vt vſurarium committere fraudes. In nautis & cauponibus igit a communiter accidentibus argumẽtum ſumam de quo in.l.neq; natales.C.de probat.& in eo dũ dixi Si nautæ rationes habere negarent ſaluarẽ Ludouicum cõpatriotam.in.d.l.quãte,dicentem nautas & ſimiles edere nõ

18 teneri. ¶ SECVNDVM capiamus membrum diſtinctionis itaq; perſonam cõſiderando petentis editionem. Iuſta eſt cauſa vbi petens eſſet priuilegiatus puta Fiſchus.Nam ei & priuatæ rationes edi debent. Moueor ex.l.ii. in.§.item diuus.ff.de Iure Fiſci,per paritatem rationis q intelligitur vbi nomine proprio Fiſci ageretur. non autem vbi ageret emptor gabellarum. Alex.in.l.nequiſq̃. C.titu. noſtro per.l.

licitatio.ff.de publican.Verum ꝙ.§.dictus.per Doct.in.d.c.i.ſtricte capitur pro Inſtrumentis tantum. ſed idem dicas in rationibus,quia eadem ratio eſt. ¶ Quod dictum ampliaté, & vbi de cauſa capitali ageretur. Quicquid in.d.§. dicatur. de quo me videas.in Inſtrumẽtis verſic.nũc videndum,nam loquitur ibi tex.in Inſtrumentis, vt dixi. nos de rationibus. in quibus aliter de capitali crimine agi non poſſit q̃ ſuper fal ſitate.nam capitale crimen eſt.l.capitalium de pœnis iũcto. §.inſt.de public. Iudic. quod ſpeciale habet, abſq; accuſatore puniri.Hyppolitus.in.l.eos.C.de falſis.numero.2 1.igitur editio fiet,quia qui vult conſequens, & antecedens. l. ad rem mobilem.ff.de procurat.cum ſimilibus. ¶ Nunc autem dictum ſtringo non ampliationem vbi Fiſcus dãnum euitare vellet, ſecus ſi captare lucrũ, ſic intelligo. d.§.itẽm diuus.per.d.l.ne quiſquam.ibi ad cauſam Fiſci, eſt communis opin.in.d.l.& in.c.i.ſe habẽs quem edere teneri ad fũndandam intentionem Fiſci quãuis nõ dixtinſerit an tractet euitare dãnum ſicut feci,& latius dicam infra in verſ. modo ſequitur. ¶ Aduertas quia præſupponimus Reum rationes priuatas habere.Quod ſpeciale in fiſco eſt aduerſus regulam d.l.nimis graue.ff.de teſtibus. & hanc dixtinctionem intelli go vbi quis rationes ſibiipſi confecit, ſed in rationibus quas habuit ab argẽtario dic aliter, ꝙ videlicet Fiſco edere ad lucrũ teneatur quando aliũde haberi nõ poſſent, per.l. ne quiſquam.Vnde vos vaſſalli caueatis a Baronibus veſtris hodie aliquibus in locis mercatoribus humani ſanguinis, vt Deo fauente dicam in tractatu moderne tyrannidis.Dumq; cum eis vos immiſcetis libellos,codices,texeras, faciatis ne vos miſeros poſſint illaqueare. ¶ REDEVNDO & priuatæ rationes edi debent, vbi Eccleſiæ nomine peterentur, ſic Bal. Abbas.& Doct.in.d.c.i.quamuis loquantur in Inſtrumẽtis.Nam & quia eam priuilegiari videmus, & ad Iuriũ correctionẽ,& vbi de lucro certaret,vt patet in.l.ſancimus, &.l.fin.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.& in.l.ſancimus.C.de donationibus,multo magis priuilegiari dicemus vbi damnum eui tare vellet argumẽto.l.fin.C.de codicill. quicquid alias dixerim in via diſputatiua. ¶ Nec diuerſum dicerem vbi edi-

tio peteret nomine pauperum,ad quod Bonus Iudex aduertat habes pro hoc bonũ tex.in.l.id ꝙ pauperibus.C.de Epiſc.& cleric.& maxime in alimẽtis argumento. l. vel negare. ff.quemad.teſt.aperiantur. Exemplum do vnum,Soluiſti ticio decem pro pauperibus vel eccleſia nomine mutui . dum pauperes recuperare volunt audiuntur in editione priuatarum,& aliter exemplari milies poſſes. ¶ NEC diuerſum dicetur vbi editio ad fauorẽ matrimonii peteretur puta Seia mulier dicens eſſe nuptam ticio(ſi ticius negaret)petere poſſet a ticio rationes priuatas,vt ex his appareret an aliqd nomine Seiæ ſolutum vel receptum ſit tanquam vxoris.¶ Nec aliter in dote dici debet.¶ Et alimentis ſecundũ Canon. in.d.c.Alex.in.d.l.fin.Quicquid dixerit Bal.in.l.i.in.§.editiones,& Salyc.in.l.fin.C.tit.noſtro.Videmus etenim in lucro captando mulierẽ priuilegiari & ad Iurium correctionẽ, vt in.l.vnica.C.de Rei vxor actione, vbi fingitur ſtipulatio vt dos acquiratur.& in.l.ad exactionem.C.de dotis promiſ. multo magis in dãno euitando dicere debemus. Præterea in damno euitando videmus eam priuilegiari, & ad tertii præiudicium,vt eſt tex.in.l.aſſiduus.C.qui potior.in pig. habeãtur,vbi præfertur anterioribus creditoribus quibus non eſt quid imputari poſſit , multo magis dicemus , vt in editione priuilegietur.vbi non eſt tertii præiudicium.& ſi præiudiciũ in ea eſt, infertur edenti cui eſt quid imputari poſſit.argumẽto.l.damnum ꝙ quis ſua culpa ſenſit. de Reg.Iur.in.vi. Ad quæ facit tex.in.l.i.ff.Solut.matrim. vbi dicitur ꝙ Reipublicæ intereſt dotes mulieribus cõſeruari, ergo Reipublicæ intereſt,vt editio fiat.Nam vbicunq; Reipublicæ intereſt editio fieri debet & priuatarum rationum. Sic Decius in.d.c.i. Verum ꝙ eum intelligo loqui de publico intereſſe illo quod & in quolibet particulari affert vtilitatem de quo Bart.& Doct.in.l.i.ff.ſolut.matr.tamen ratio dotis cõſeruandæ viget in editione,vt dixi. ¶ Et quoniã hoc in loco habuimus occaſionem.Concludẽdum eſt ꝙ in cauſa ſtudii ad eius fauorem debeant edi ad fundãdam intentionem , ſimiliter in fauorem magiſtratus , quoniam ſtudium & magiſtratus non ſolum in cõi.Sed etiam in quolibet particulari afferunt vti-

litatem. ¶ Quas omnes cauſas puto Fiſco fauorabiliores. Non.n.in Fiſco vtilitas adeſt modo dicta, nec in dubio Fiſcus ſicut dos eſt priuilegiatus.argumento.l. in ambiguo. C. de Iure dotium.iuncta.l.non puto.ff.de Iure fiſci, ſecũdum communem letturam, nec pro Fiſco dicerem fieri editionẽ priuatarum niſi expreſſe caueretur in.d.§.Item diuus.ſecundum ꝙ eum intelligunt. Immo præfatis ex rationibus concluderem ꝙ & ad lucrum captandum præfatæ perſonæ (excepto fiſco) priuilegientur in editione, vt ſupra. ¶ Vltimo aduertas prædicta procedere niſi priuilegiata perſona priuatas edi peteret ab alia priuilegiata. Tunc.n.priuilegio vti non poteſt, vt habetur in auc.quas actiones.C.de ſacr. ſan. eccleſ. Quadere Decius infert, ꝙ fiſcus tali priuilegio non vtitur contra non ſubditum,& quamuis loquatur in Inſtrumentis non aliter de rationibus dicetur, ex eadem ratione. Item niſi priuilegiata ſemel habuiſſet vt infra dicam in verſic.modo ſequitur in fine.

19 ¶ MODO Reſtat non ſum oblitus vt loquamur in his rationibus quas aliquis pro ſe tantum ab argentario habuerit ſiue recollegerit, ſic de ſecũdo capite iuſtam cauſam eſſe dicemus quamlibet ſupradictarum. Item & vbi argentarius, vel ſimilis incendio vel caſu (ꝙ probaretur) amiſiſſet. Eo.n.caſu argentario ipſi edi debent,vt alterum facere poſſit originale.d.l.Si quis in.§.prætor ait. ¶ Non autem tertio petenti vbi habentis intereſt ne edat,quia tertius ab argentario ipſo petet,nam ideo argẽtarius,vt ſupra petit,qa aliud facit original, vt tertio edat intereſſe habenti.Qui circuitus non euitatur, vt minus q̃ poſſibile ſit regula.d.l.nimis graue.ff.de teſtibus offendatur, ad quod Bar.in.l.Si quis mihi bona in princ.ff.acquir.hered.& ſi argentarius non inueniretur, vel ſucceſſor Iuris eius, tunc præfatus qui pro ſe habuit rationes edere teneretur cum dixtinctione tamen actoris & rei. ꝓut in inſtrumẽtis infra dicemus in verſic.Nunc videndum,& in hoc putarem iſtas rationes differre ab his quas quis priuatas ſibi ipſi ſecit. nam in eis non putarem haberi debere dixtintionem actoris & Rei, quia nec actor vt puto,edere tenetur (excipio Reum priuilegiatum) ſic limitarem tex.in.l.fin.c.titulo noſtro, vt eam

intelligo infra in Inſtrumentis verſic.perueniamus. in caſu tamen quo de damno euitando tractaret puta ſi actor ageret conditione indebiti,ꝙ plus debito ſoluerit. Reus excipere cum vellet rationes priuatas peteret actoris confectas dico edere non teneri, modo redeundo prædicta intelligo dũmodo petens concurrat in expenſis, & Iuret prout dicemus per tex.in.l.Si quis.§.vbi exigitur. ¶ Sed ſi petens non ſit actor neq; Reus reſpectu habentis rationes &. SIC ſumus in tertio capite tunc dicerem,vt infra de inſtrumentis, verſic.hucuſq; viſum cum ſequenti. ¶ SEQVITVR Vt videamus a quibus rationes ipſæ priuatæ neceſſario edendæ non ſint. Dicas non ſolum ab eorundem confectoribus vel ab his qui ab argentatio ſeu ſimili pro ſe recollegerint, vel ab extraneo apud quem perueniſſent, vt dicam in Inſtrumẽtis,verſic.nunc Breuius, ſed nec ab aliis quibuſuis ſucceſſoribus Iuris vel particularibus eorundem quorum interſit nõ fieri editionem puta quia ſi fieret in eorum damnum redundaret hæc eſt ratio.d.l.nimis graue,&.l.qui accuſare. Sed ſi eorum non intereſſet quominus edantur,& ab earum confectoribus qui pro ſe tantummodo confecerint (vt ſum loquutus)edi deberent,quia ratio dictarum legum locum non vẽdicaret.argumento.c.cũ ceſſante de appell.l.adigere.§.quis ff.de Iure patron. Itẽ & alia ratione deberent edi quia quod mihi ꝓdeſt & tibi nõ nocet ꝑ te fieri debet.l.ii.vbi. Doct.ff.

21 ſolut.matrim. ¶ MODO Sequitur quibus edi nõ eſt neceſſarium,& certe omnibus non priuilegiatis priuatas rationes quamuis maxime intereſſet petentis editionem. Si tñ interſit alterius ne edantur,vt ſupra proximo dixi. ¶ Item & priuilegiatis (de quibus diximus) ſi non haberent intereſſe.nam ratione tantum intereſſe editur,& eis.d.l.nequiſquã.ff.eodem. ¶ Quod intereſſe conſiderarem non ſolũ in dãno euitando,ſed etiam in lucro captando(excepto fiſco) vt ſuperius dixi in verſic.ſecundo capiamus, qui tamen eas vellet vt vteretur contra eundem.nam ſecus eſt ſi contra alium vt dicam de Inſtrumentis, verſicul. Nunc videndum, & ſi diceretur ꝙ & in fiſco per.d.§.Item diuus.in.d.l.ii.ff. de Iure fiſci.Reſponderem illum intelligi vbi fiſcus vellet euitare

damnum. probarem quia venit ad correctionem. d.l. nimis graue.merito reſtringendus.l.odia.de regul.Iuris.l.quicquid aſtringende de verbo. oblig. Item quia in dubio contra fiſcum,&c.d.l.non puto.ff.de Iure fiſci.vt communiter intelligũt. ¶ Sed videt̃ obſtare tex.in.d.l.ii.tit.dicto.in.§.diuus. ibi quotiens de Iure capiendi, ſic in lucro. Reſpõderem ibi qñ contra tertiũ poſſeſſorem nõ quando cõtra dominũ probarem ex prædictis nam euitare debemus correctionem.d.l. nimis graue. Item probarem ponderando verba in. d. §.ibi ſubtracta eſſe intelligantur non.n.conueniunt in domino. ¶ In vnico tantum caſu crederem fiſcum in lucro & a domino ipſo edi vt petere poſſit vbi videlicet probaretur Incendium vel alium fortuitum caſum interueniſſe, quo facultas probandi ſibi defeciſſet, pro quibus me infra vide in prima fallentia Inſtrumentorum ad verſic.nunc videndum. ¶ Inſuper adderem prædictis ꝙ ſi priuilegiatus rationes habuiſſet ſemel Iterum ne petat niſi iuſtam cauſam probaret. quia ſi vbi q̃s regulariter petere põt cũ habuerit ſemel nõ amplius auditur niſi cauſam ꝓbet, vt in.d.l.ſiquis in.§. prætor ait.ibi ei q iterũ multo minus audiri debet q ſpecialiter,& cõtra Iuris regulas petit editionem.argumẽto.l.eius militis.in.§.militia miſſus.ff.de milit.teſt.& in Iuribus vulgaribus.

22 ¶ IN ORDINE Sequitur quo remedio edere nolens ſe tueatur.dicerem per doli exceptionem. Allegando ꝙ non intereſt petentis habere tales rationes.argumento.l.dolo.facit.ff.de doli.excep.ꝙ ſi actor oſtenderet ꝙ ſua intereſt, tũc per exceptionem in factum argumẽto eorum quæ de actione dicũtur in.l.i.ff. de præſcrip. verbis.allegando ꝙ ipſius domini intereſt non edere rationes priuatas ipſas quas pro ſe

23 confecit nõ cõtra ſe ſic edere nõ tenetur. ¶ VLTIMO videndum quale erit officium Iudicis contra indebite petẽtem rationum editionem. Dicas in abſoluendo Reum, & condemnando actorem in expẽſis. iuxta.l.eum quem temere.ff.de Iudi.& quomodo Iudex habere ſe debeat. Videbimus poſtq̃ dixerimus de inſtrumẽto priuati quod habuerit a

24 Notario.in verſic.nũc vidẽdũ. ¶ POSTREMO quæri poſſet, Quis ſit effectus editionis Rationum. tunc reſpõ-

derem effectum eſſe illum quia ex editione veritas probatur & remanet patefacta nam vt alias diximus ratio quæ introduxit editionem eſt ipſum deſiderium veritatis. d. l. iuſtum effectus igitur erit probata veritas quod bene ſumitur ex. l. ii. C. tit. noſtro. ¶ Ex quo videtur inferri ꝙ rationes omnes prædictæ probent. Quadere neceſſario nūc de tribus venit diſcutiendum. ¶ Primo an rationes probēt contra edentē. ¶ Secundo pro edente. ¶ Tertio pro tertia vel contra tertiam perſonam. ¶ Ad primum glo. Bar. & omnes in. d. §. nūmularios volunt vt plene probent contra nummularios, & ſimiles. ¶ Amplia contra omnes earum cōfectores quamuis tantummodo cum cauſæ cognitione compellerentur. ¶ Amplia ſecundo & ſi nō eas cōfeciſſent, Sed ſaltim taciturnitate approbaſſent. Exemplarem in terminis. d. §. prætor ait. nam ſi quis ab argētario rationes habuerit, & pro tēpore ſaltim duorum annorum eas retinuerit iuxta ſimile po ſitum inſtit. de litter. oblig. ex his obligabitur (vt puto) totaliter ipſi argentario petenti in terminis dicti. §. quia originale ſine ſui culpa combuſtum eſt. nam hoc in caſu nō ſolum adeſt taciturnitas biennalis quæ tātum operatur in mutuo. traditur per glo. l. inſtrumēta. C. de probat. in verbo annotatio. Sed etiam fides publica quæ argētario data eſt, & quia principalis eius opera fuit diligēter cōficere ratiōes. ſic minime obſtat. d. l. cum ſuis not. quia nō ſolum de eo cuius principalis opera ſit cōficere rationes ſed nec de publico neque per partem approbato loquitur. Probarem quia extrinſecus eſt, vt ſit approbatus vnde nō præſumendum. Notatur per Doct. in. l. emancipati. C. de collat. & probarem per auctorit. glo. ibid. in verbo. domeſtica. dum textum intelligit de facta a confitente ꝙ nō probat cōtra eundem. & tamē in §. nummularios tenet indixtincte ꝙ ab argētario facta probat contra eum. ¶ Sed aduertēdum quia dum dixi de biennali nimis videor arctaſſe tex. in. d. §. prætor ait. profecto abſurdum videretur, vnde dicas ꝙ ſi rationes pro tempore retinuerit, in quo (vt Iudici videbitur) potuerit cōtradicere, & nō contradixit, approbaſſe videatur, quoniam hoc in caſu quod deficit de biennio ſuppletur ex fide publica, & di-

ligentia.d.illud autem de biennio intelligemus in eo qui rationes habuerit a mercatore de publico approbato, vt dixi cuius nõ eſt opera principalis,& c.de quibus, ſupra numero 3.verſic.Nunc videndum. ¶ Nunc ad ſecundum venio cõcluderem ꝙ aut Ratio cõtineret capitula ſibi inuicem contingentia,& pro ſcribẽte probaret. Sic Bartoli mens eſt.in. d.§.nummularios.quamuis loquatur de iure antiquo. Declaro ſi eodem capitulo ſeu vulgo partita, ſeu oratione. data,& recepta continerẽtur ſi enim quædam per petentem approbentur,& alia pro ſcribente probabunt. Quod nõ procedit in Epiſtola,nam ſi mihi ſcripſeris,ꝙ ſolueris mihi ſeu alteri meo nomine tali die decem,& ꝙ altero die a me, ſeu pro me receperis quinq;. poſſum acceptare vltimum,& negare primum.vt notabiliter Matheſil.Sing.79.per.l.publia.ff.depoſiti,& de Epiſtola ſi uis aliquid vide in antiquis Deciſ. 429. ¶ Aut non ſunt ſibi inuicem contingentia, ſed in capitulis ſeperatis.Tunc ſi is qui petit acceptaſſet poſteriorem,& acceptaſſe videtur ſuperiora. Cum a principio negociationis recurrerim ad eius fidem,vt dicitur in.d.§. nummularios tãquam de publico approbatam.vt dicitur in.d.l.argentarius. verſic.& ideo.& hodie dum poſteriorẽ accepto ſimiliter approbo,vnde & in medio approbaſſe dici debeor.argumento eorum quæ dicuntur de poſſeſſione ꝙ probeť cõtinuata ꝓbatis extremitatibus.Bal.in.l.fin.in.xv. oppoſ.verſic. Item cõtinuatio.C.de edict.diui.Adria.tollendo a Bar. in.l.i.§.i. ff.de aqua quot.& eſtiua facit.l.ad rem mobilem.ff.de proc. nam non eſt præſumẽdum ne viderim ſuperiora.quoniã præſupponimus partitas continuatas,vt fieri debet.nulla intermedia rationis alterius,& librum publico ſigno ſignatum, vel aliter approbatũ. & ſi vere nõ viderim imputetur mihi. ¶ Immo vlterius tranſeas ꝙ & ſi nõ acceptauerim inferiorẽ. Nihilominus pro argentario ipſo cuius officium non ſolum publicam habet cauſam,ſed etiam principaliter verſatur in rationibus diligẽter conficiendis,vt dixi ſuperius verſic.nũc videndum num.3.bene probarent.Puto eſſe tex.in.d.§. nũmularios.ibi.errogant per partes,quarum probatio ſcriptura codicibusq; eorum maxime cõtinetur,& ad fidem eorum

frequentiſſime decurritur, vnde ſi probant errogationem nil aliud eſt quam dicere in ſui fauorem. Si diceres ꝙ illud in nū mulariis. Reſpōderem ſic in argētariis propter ſimilitudinē, vt in eod. tex. ibi quia ſicut argentarii. Secundo hanc probo per tex. in. l. i. in. §. rationes. ff. eod. ibi quia nō aliter accepta & data poſſent apparere quam cum die, & cōſule. pondera. verbum. data. ſic pro ſcribente. & hāc opin. veram puto quicquid glo. & Bar. dixerint in. d. §. nummularios cōtra quos tenerem. ¶ Non obſtat. d. l. exemplo. C. de probation. & l. rationes quia minime loquūtur in iſtis nec in approbatis de publico. probo ſicut ſuperius, nam ꝙ ſint approbati, &c. Extrinſecus eſt nō igitur præſumēdum. argumēto. l. quæ extrinſecus, de verb. oblig. cum vulgar. ¶ Non obſtat. l. inſtrumēta. eodem titulo. Quia ſupra in primo membro reſpondi. ¶ Non obſtat ſi Notarius conficere nequeat Inſtrumentum in ſui fauorem, & nihilominus eius officium publicum dicit, vt Bar, argumentauit in. d. §. Quia reſpōderem notarios approbatos cum illa qualitate, tex. eſt in. l. de eo, & in. l. diuus. C. ad. l. Cornel. de falſis. & per totum. C. de his, qui ſe aſcrip. in teſtam. Sed in caſu noſtro cōtrarium de directo in. l. Cauetur. vt in dictis verbis. ibi. errogant per partes, & aliis a me pōderatis igitur. Opin. tamē Bar. ſaluarem in mercatoribus quamuis de publico approbatis in caſu quo omnes partitæ negarentur ſic, videlicet ꝙ nūq̄ ſecum cōtraxerit, ſed ſi vna earum confirmaretur ſiue inferior, ſiue ſuperior dicerem, vt ſupra. Videas apoſtill. ad Bar. in. §. nūmularios. in verbo ſed quero. Sic puto loqui Matheſil. in Sing. 79. ¶ Quæ intelligas dummodo ſuſpitio nata nō eſſet circa perſonam ſuam, ad ꝙ facit tex. in. d. l. ſi quis in. §. i. ibi. vt dubitare quis merito de fide editionis poſſit. & Bar. in. d. §. nūmularios, vel circa rationes ipſas. Puta in vltima partita cōtineretur inſolita quantitas, & cæteris non correſpōdens. Iudex aduertat. Moueor ex dictis Bal. col. iiii. in princ. in. l. i. C. de confeſs. quem ſequitur Decius in. d. c. Dicētis ꝙ quamuis de conſuetudine ſtetur libris mercatorum nō intelligi debet de quantitate magna quia præſtaret occaſionem ad malum. ¶ Item dummodo inferiores reſpicerent mercantiam in qua verſa-

tur qui confecit rationes. Ita Iohã. Andr. in addit. ſpecul. de Inſtr. edit. in. §. Nunc videndum. circa princ. magnæ addit. argumẽto. l. iii. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. ſtabul. Rom. in conſil. 404. Incip. pro diſcutienda col. ii. & cõſi. ſequẽt. quos. in. d. c. ſequitur Decius. & ego hic. quãuis ipſi præſupponant nõ de Iure, ſed de cõſuetudine ſtari libris mercatorũ. ¶ Itẽ dũmodo fuerit præpoſita ſiue inſerta dies. l. i. §. rationes vbi dicitur. ꝙ nõ aliter apparere poſſunt quam ſi dies, &c. Quod intelligas prout alias declaraui in artic. Qualiter debeat edi. ex quo tex. ibi non aliter, &c. Capias mentem Iuriſconſulti eſſe vt argentarius, & ſimilis ponere habeat negocii circumſtãtias, vt clarius de datis pateat, & acceptis vnde boni mercatores nummorum qualitatem ponere conſueuere, vel rei puta ſerici eiuſdem've coloris. ¶ Quæ modo cõſiderata intelligas in approbatis de publico, vt dixi, vel ab vniuerſitate de quo in. l. Recepticia. C. de non num. pecun. Non autem in his qui edere tenerentur taciti mandati vigore propter cõſuetudinem artis eorum. de quibus habuimus in Regula ſuperiori affirmatiua. Tunc minime crederem ſeperatas partitas habere fidem pro ipſo ſcribente, quamuis poſterior approbata fuiſſet. Niſi ſcriptor per longum tempus puta decenniũ regaliter artem exercuiſſet, & partita ipſa contineret veriſimilia pro qua regalitate præſumitur quando nullus conqueſtus eſt. Item niſi partita ipſa continẽs veriſimilia per tertiam perſonam bonæ opinionis ſcripta fuiſſet. In iſtis enim duobus caſibus, vbi poſterior approbata fuiſſet per contrahentem ipſum & anteriorem crederem plenã habere fidem, ſic ſtarem cum Baldo in. d. l. i. col. iiii. dicente de conſuetudine ſtari libris mercatorum alias minime cum eo tranſirem quo ad plenam fidem, enimuero ſubrogare cõſimilem librũ fuit in poteſtate ſcribentis, vt in eadem regula poſui quod in approbato præſumetur fieri non poſſe, & in his terminis puto loqui textũ in. l. exẽplo. C. de probat. & ſaluarem Bar. in. d. §. nummularios apoſtillamꝗ ibi, dũ dicitur pro parte acceptari pro altera reſpui poſſe. & pro hoc allego bonum dictum Baldi. in. l. vnica in. iiii. col. C. de confeſs. dicentis, ꝙ quando cõſuetudo ſe haberet vt ſtetur libris omnibus mercatorum

catorum minime valeret quoniam eſſet indiſcreta, & prona ad falſum committẽdum.argumẽto.iiii.dixtinctionis.§. erit autem.l.Infero igiť ex prædictis ꝙ nõ de conſuetudine, vt ſpeculator Romanus, & ſequaces voluerunt. ſed immo de Iure ſtandum libris mercatorum approbatis, concurrentibus ſupradictis.non approbatis, nec de conſuetudine credẽdum quo ad plenam fidem,in fauorem ſcribentis, & ſi replicares ꝙ immo & non approbatis quotidie aliquibus in locis ſtari videmus.Reſponderem quia nõ reclamatur. argumento poſitorum per afflictum.in.l.ſancimus in.§.ſcriptum numero.i.C.de iure prothom.libro.xi.& not.in.c.abbate ſane.de verborum ſignif.Lex.n.vult.vt careant omni fide.d.l. exemplo.vt igitur ſcripta lex.tollatur nõ ſufficit cõſuetudo nõ reclamãdi.Sed oportet probare cõſuetum eſſe iudicare contra reclamatores,quæ cõtraria diciť conſuetudo. ¶Ad tertium queſitum dicerem rationes confectas ab argentario ſimiliꝗ cuius principalis opera ſit in Rationibus diligenter cõficiendis.plene probare contra tertium illũ cum quo edi petens cõtrouerſiam haberet,nam ſi probãt pro argentario ipſo,vt ſuperius probaui,tanto magis dicendum in caſu iſto quo nõ præſupponimus intereſſe aliud argentarii, niſi illud quia intereſt ſua credi ſibi ſiue bonã dari fidem, ſed ſi loquimur de publico tãtum approbato,tũc eius rationibus crederem dari fidem cũ ipſe tertius intefuiſſet.exemplum, vbi tertius fatereť interfuiſſe tamẽ allegaret negocium ſe aliter habuiſſe ꝗ ſcriptum reperiať,vnde quia nõ ſimpliciter probãt, ſed cum tertius interrogatus fateatur interfuiſſe.editio negatur in iſto caſu,regulariter dico,vt ſuperius declaraui numero.3.prope finem.Sed ſi negaret interfuiſſe. Semiplene probabiť ex rationibus ꝙ interfuerit.& ſi de parua ſumma queſtio eſſet implebiť ex Iuramento petẽtis editionem.Itaꝗ ꝓbabiť,ꝙ interfuerit conſequẽter mendacium negantis in cuius pœnam actori ſatisfiet,donec Reus cõtrariũ probet, argumento.l.fin.ff.de Rei.vend. Si vero de magna opus erit alio teſte fidedigno.de quo in.l.admonẽdi.ff.de Iure.Iur. & habes mille per Hyppol.in Sing.83.&.27. Quæ vera putarem niſi per prius Rationes,vel argentarius ipſe a tali tertio

ſuiſſet approbatus nec poſt deterior effectus, ſed ſi approbatus probaretur, quia cum eo negociũ habuerat, & in magna ſumma ſtandum rationibus erit nõ ſolum ꝙ tertius interfuerit, ſed etiam ꝙ negocium ſic ſe habuerit. Addito Iuramento petẽtis editionem nõ tamẽ in maxima quæ videlicet excedat conſuetum conficientis rationes. Ad quod allego Bal. ſupra relatum in.l.i.C.de confeſſ. ¶ Vbi autẽ loqueremur in confectis ab his, qui nec de publico ſunt approbati, ſed ex artis conſuetudine faciunt rationes cõtra tertium nullo modo probabunt, niſi tertius fateretur interfuiſſe, ſed negaret ſic ſe habuiſſe negocium, tũc ex rationibus probabitur ſemiplene ꝙ ſic ſe habuerit & implebitur ex Iuramento actoris, vbi deferendum ſit, addito Iuramento rationes conficientis quia in iſtis nõ adeſt publica fides. & ſic loqui puto Bartolum in.d.§.nummularios. Patet quia de rationibus dum loquitur argentariorũ præſupponit eas minime ſemiplene ꝓbare, vt nos præſupponimus hoc in loco de nõ approbatis. Si vero tertius negaret interfuiſſe, tunc rationum confector cum Iuramento ſemiplene probabit, ꝙ interfuerit addito teſte, ſic plene de mẽdacio conſtabit, & erit locus. d.l.fin. ff. de Rei vend. vt ſupra dictum eſt, donec tertius probet non interfuiſſe. & hæc de mẽdacio vera putarem, etiam poſita in rationibus eggrederentur quantitatem intra quam defertur Iuramentum.

DE INSTRVMENTIS.

SVMVS IN SECVNDA Principali Tractatus dicturi de Inſtrumẽtis, An videlicet debeãt Inſtrumenta edi. queſtiones faciam tres principales vnam in eorum cõficiente quẽ Notarium dicimus tabellionem ſiue publicum ſeruum. An is edere teneatur vel ſucceſſor eius Inſtrumentum a ſe cõfectum quod dicitur publicum ex ratione, vt dicemus in actis verſic. per quã, &c. ¶ Cui. ¶ Qualiter. ¶ Quotiens-

¶ Et de officio Iudicis contra Notarium edere nolentem. ¶ Aliam in eo qui exẽplum a notario habuerit autẽticatum, an & quibus edere teneatur. ¶ Qualiter. ¶ Quo tempore. ¶ Quo loco. ¶ Quotiens. ¶ Cuius expenſis. ¶ Et quomodo per Iudicem procedetur contra edere nolentem. ¶ Tertiam in perſona tertia ad quã aliquo modo perueniſſet originale vel exemplum autenticatum, an & cui ſecum nõ litiganti edere teneatur. ¶ Qualiter. ¶ Quo tempore. ¶ Quo loco. ¶ Cuius expenſis. ¶ De effectu cuiuſlibet Inſtrumen-
25 ti, editionis, & de fide Inſtrumẽtorum. ¶ AD primam anteq̃ deueniamus pro expedito habere debemus. ꝙ ſi ſpõte Notarius edere vellet, vtiq; poſſet nec mortaliter peccaret dicit Ang. in. d. l. prætor. in princ. Quem ibi ſequitur Alex. Cum liber prothocolli ſit eiuſdem, & quilibet rei ſuæ eſt moderator. Iur. vulg. vnde Abbas, & Decius in. c. i. de probat. Inferunt notarium edere poſſe cuilibet q̃uis intereſſe nõ prætendenti. Sequor in hoc tamen vltimo crederem ꝙ male faceret ſi diem ederet, atq; conſulem in cuius loco hodie Anni Domini ponuntur, vt per Ang. & Alex. in. §. editiones poſt relatos per eum. Moueor per tex. in. l. ii. §. diem. ff. quẽadm. teſt. aperian. nec ſequor vltimum in actis, vt vidimus lo-
26 co ſuo, ver. ſequit', cũ ſupiori. ¶ SED ſi querimus an edere teneatur. Subdixtinguendum ꝙ aut eſt contractus vltimarum voluntatum puta teſtamenti, aut inter viuos. Primo caſu tenetur & omnibus quorum interſit q̃uis minime perſonaliter interfuerit, neq; per alium. Bal. in. l. fin. col. i. in fin. verſic. & primo iuncta col. ii. verſic. non obſtante. C. tit. noſtro Aretin. Abbas. Decius in. d. c. p tex. in. l. i. cæteris meliorem. ff. quemad. teſt. aperiantur, & ibid. in. l. ii. in vltima reſponſ. & in. l. i. in. §. hoc interdictum per totum. ff. de tabul. exhibẽ. Ratio eſt ſecundum Butrium. & Alber. in. d. l. prætor. § i. & Decium in. d. c. quia mandatum teſtatoris repræſentat mãdatum omnium qui in teſtamento aſcripti fuerunt. Quadere & ſucceſſoribus eorum ſimiliter edẽdum eſt, quia perſonam repræſentãt. vt eſt tex. in auc. de Iur. iur. a moriẽ. præſt. in. §. i. & in. l. qui in Ius. ff. de Regul. Iur. Attẽdas quia ſi ratio hæc vera eſſet, ſequeretur ne vnq̃ exheredatus teſtamẽti Copiam

habere poſſet,& tamen Bal.in.d.l.i.col.ii.verſic. ſecũdo que ritur,& Decius in.d.c.volunt vt exheredatus petat. Contra quos tenerem per tex.in.d.l.ii.ff.quemadm.teſt.aperian. ibi tabulas eſſe non ſolius heredis,ſed etiam vniuerſorum quibus illic aliquid aſcriptum eſt. Intelligo eorum qui percipiũt vtilitatem,vt heredis equiperatio ſimilitudoq; bona ſit. Praeterea nõ eſt opus,vt exheredatus Copiam habeat. ab Inteſt. enim proſequetur ſucceſſionem. Si quis dicet ſe inſtitutum probare tenet cum teſtõ.ſic edere exheredato. ¶ Quam noſtram dictam concluſionem Doctores ita veram dicunt,ꝙ etiam ſi teſtamentum nullum eſſet puta ſabricatum cũ duobus teſtibus irritum, vel iniuſtũ,nihilominus edere tenetur. Ang.in conſil.274.Incipien. ex themate & actis,patente. col.ii.&.iii.ex ratione quia ſibi nõ ſpectat diſcutere de actus validitate,tu dicas de hoc eſſe tex.in.l.i. in.§.ſiue autem. ff. de tabul.exhiben.Qui q̃uis de notario non loquatur eadem tamen ratione de ipſo dicendum eſt. ¶ Quod adeo verum dicũt,vt etiam ad petitionẽ eius qui bis teſtatus eſt Notarius Inſtrumentũ dilacerare non debet.Bar.& Bal.in.l.ii.§.ſi plũ ra.ff.Queãd.teſt.aperian. Decius in. d. c. Rom. exclamat.

27 not. 271. ¶ AVT ſumus in contractu viuorum, non vltimae voluntatis.Tũc propter officium ſuum Inſtrumenta edere tenetur.glo.ordinaria eſt in.l.argẽtarius in princ.in verbo.abſimiles.ff.eod.ſpecul.de Inſtr.editione.in.§.videndum.verſic.&nota in.ii.col.Bar.in.auc. de tabell. in princ. in.§.illud per illum tex.Bal.in.l.fin.C.titulo noſtro. Federicus de Senis in cõſil.113.Incip.Titius conſtituit.& Decius in.d.c.i. ¶ Edere dicas ei in cuius perſona tria concurrant. Primum ꝙ ſua interſit. Quam ob cauſam Albericus Dicit in.d.l.praetor.ff.eod.ꝙ Inſtrumentũ debiti debitori edi non debet,Sed creditori.ibidem Bar.& Alii per illam glo.niſi ẽt debitor praetenderet aliquod intereſſe.vt per Bar.& ibi Bal. per illum textum in.l.plures apochis.C.de fide inſtr. Quos Decius in.d.c.ſequitur exemplarem in liberatione conditionali.Nam ratione conditionis quam creditor dicere poſſet non adimpletam Inſtrumentum ſibi edi debitor petere poterit. ¶ Secundo concurrere habet,ꝙ interceſſerit manda-

tum nam non ſufficeret probare ꝙ ſua intereſt niſi etiam notario fuerit mandatum ꝙ conficeret Inſtrumentum.glo. in. d.l.prætor.in verbo.meū.Bar.in.l.fin.de tabul.exhib. Bald. in.l.fin.C.titulo noſtro. Quamobrem Ang.in.l.quæd.ff.titulo noſtro.reprobando gloſam ibi.Fulg.& Alex.Item Abbas Aretin.& Decius in.d.c.i. concludunt notarium tertio edere non teneri,quis intereſſet ſua,niſi ab eo mādatum fuiſſet. ¶ Quod verum eſt niſi tertius repræſentaret perſonam eius qui mandauit. Addas hic a me poſita in rationibus.in verſic.quibus,&c.& propterea per Bar.in.l.Si quis in.§.pertinere.Exēplatur in creditore,Cui bona debitoris obligata fuerūt. Nā edi ſibi petere poterit a notario, cui per debitorē mādatum fuit.& Bal.exemplat aliter in.l.inſtr.verſic. Quero ecce habes.C.de fide inſt.dicēs ꝙ ſingularis ſucceſſor eius qui mandauit petere poterit editionem.Ita Bar.in.l. ariſto. per illum tex.ff.de Iure.Deliber. Exemplare tu etiam poſſes in omnibus vltimis volūtatibus,vt ſuperius diximus. Itē exemplatur in contractu abſentis nomine facto,nam abſens repræſentat perſonam eius qui mandauit ſi habuerit ratum.

28 ¶ DVBIVM Reſtat quid ſi quis nō abſentis nomine inſtrumentum fieri mandauit.Nihilominus cōfectum ſit in re quæ principaliter pertinet ad abſentem,an abſentis nomine mādatum debeat cenſeri.Puta ſui contemplatione,taliter ꝙ abſens poſſit ratificare.Deinde petere ſibi edi.Aretin.ꝙ ſic. Ex ratione quia cū res principaliter pertineat ad abſentem, eius contemplatione fieri dicetur,ſic ſatis nomine ſuo facta. per.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt. ſic textum intelligit in.l.prætor.ibi.ꝙ mei cauſa cōfectum eſt.ff.eodem. Decius contra.ꝙ videlicet opin. Aretini Iure nō probetur, & reſpondet ad.d.§.ꝙ licet ad dominum negociū re ipſa pertineat vt ibi.nō tamen ſuo nomine geſtum dicere debemus, ita ꝙ poſſit ratificare. Adducit glo.ibid.in verbo.dūtaxat,& reſpondet ad.d.l.prætor.ꝙ illa verba ponunt rationē præcedentis dicti.Quod intelligitur mādato interueniēte, probat per eum tex. dum dicit ꝙ argentarii ſingulorum rationes diligenter conficiunt. Quod intelligitur mandato interueniente per alium tex.in.l.Si quis.in.§.pertinere, vnde ſimi-

liter intelligetur in verſic. Equum eſt, &c. vt ratio procedat ſecundum dictum, argumento. l. cum pater in. §. dulciſſimis de legat. 2. Hæc opin. ſua non eſt ſine difficultate. Nam & notarii ſingulorum conficiunt inſtr. Item illa verba in. §. pertinere tacitum mandatum important, vt probaui, ſupra in rationibus, verſic. quibus vero, &c. Dubium reſtat in caſu noſtro an ille abſens dicatur tacite mãdaſſe: Cum Decio concluderem. Nam ſecundum Aretinum duæ fictiones concurrerent circa idem, ꝙ prohibetur ſecundum omnes in l. ii. C. de dotis prom. Vna eſſet quãdo quis negocium geſſiſſet de re abſentis, ꝙ geſſiſſe abſentis nomine videretur. Altera quia ſi abſens haberet ratũ, geſſiſſe ipſe videret. Non obſtat ſi diceres fictiões iſtas diuerſo ex fonte ꝓuenire quod toleratur vt per Doct. in. d. l. Quia immo proueniũt ex eod. ſcilicet ex negocio illo geſto, non. n. fictio ꝙ retro trahatur cauſatur ex ratificatione, ſed ex negocio geſto, & ratificatio
29 eſt medium concludens. TERTIVM Requiſitum eſt vt petẽs editionem notario mercedem ſoluat. Alias editio denegaretur, glo. not. eſt in. c. ſtatutũ. in. §. Notarium. in verbo. officium. De reſcrip. in. vi. & in. l. argentarius. in verbo. abſimiles. ff. eod. titulo noſtro. vbi cõcordantiæ ponuntur per Alex. Notandum hoc in loco venit quia notarius duplicatam debet habere mercedem: illam videlicet quãdo rogitum. Alteram quãdo Inſtr. in publicam formam confecit. Bar. in. l. argentarius per tex. in. l. fin. circa mediũ. C. de proxim. agen. in rebus. vbi glo. quam Rom. exclamat in ſingul. 575. Incipiẽ. an tabellioni. Vnde tu inferas tanto magis hoc procedere in aduocato ꝙ duplicatam, &c. Vnam videlicet quando oretenus allegat, alteram quando parti præbet copiam allegationum, argumẽto. l. ii. ff. de variis & extra ord. cognit. ibi ciuilis ſapientia precio nummario nõ eſt eſtimãda. Sic habes ex prædictis tria requiri vt Notarius Inſtr. edere teneatur. Quid autem ſit in actis loco ſuo dicemus. Aduertendum tamen eſt, quia tertium ſupradictum requiſitum nõ eſt neceſſarium in caſu quo edi ſibi petens eſſet perſona pauper. Tunc. n. & abſq; mercede notarius tenetur. glo. eſt in. l. tam demẽtis. C. de Epiſco. & Cleric. Quam ſequitur

Alex.in.d.l.argentarius.faciunt quæ dicunt hoſtiẽ.Butrius, & Abbas in.c.i.de Iudiciis.Concludentes aduocatum compelli per Iudicẽ vt pauperibus patrocinium præſtet. Quos in.d.c.i.de probat.Sequitur Decius pro pauperibus multa ponens, tamen ꝙ Notario de mercede debeat ſubueniri per rempublicam loci ſiue fiſcũ ſicut de aduocato. Dixit Cyn. in.l.prouidendum.C.de poſtul.& eſt glo.in.l.i.in.§.prætor ait.ff.de poſtul. ¶ ET QVOD Supra dictum eſt eũ edere teneri, Dicas integraliter & perfecte ſicut in originali ipſo reperitur.Alias teneretur ad intereſſe.l.fin. vbi Bart. & Bal.per illũ tex.C.de magiſtratibus conuen. Quem alias ponderaui contra Sutorem, & in quolibet procedere putarem proficiſcente in aliqua arte, de Notario dicit Rom. in ſingul.ſuo.351.cũ allegatis per Decium in.d.c. ¶ Item edere teneri cum die & conſule vt ſupra dictũ eſt in Rationibus. Nec in iſto caſu locus eſt diſpoſitioni de qua in.§.editiones.in.l.i.ff.eodẽ. Sic Alex.in.§. poſt Innoc.in.d. c.i.nã quia notarius fecit mãdato meo, Inſtrumentũ dicitur quodadmodo meum, quãuis in carta ſua ſcriptum ſit, argumento.l.prætor ait.in princ.ff.eodem.iuncta.l.i.in.§.editiones. ibi rationes tamen,&c.verum ꝙ de conſuetudine non curatur hodie de nomine conſulis,ſed loco eius ponuntur anni Incarnationis domini ſic Alex.in.d.§.poſt alios in locis,vt refert. ¶ Et cũ omnibus aliis ſolẽnitatibus ſubſtantialibus Inſtrumentum edendum eſt ad hoc,vt exemplum autentice editum probare poſſit,ob cuius probationis cauſam petitur editio, nam ſi quid ſubſtantialium deficeret nõ probaret vt per Bar.in.§.ſi initium.ff.eod.& iura vulga.ſunt.Quæ procedunt ſi in originali ipſo ſubſtantialia poſita eſſent,nã plus ſicut nec minus,q̃ in originali ſit ſcriptum in editione debet apponi.Quæ autem ſubſtantialia ſint inſtrumenti ſine quibus vel ipſorum aliquo ſtare non poſſit.vide Bart.in.d.§. ¶ Quero quid ſi in originali aliquid deficeret ſubſtãtialium tamen ſcripta inueniretur clauſula,& cætera. vt ſæpe videmus in prothocollis,an vigore dictionis.in editione ſubſtãtiale aliquid apponi ſiue poſſit exprimi,& extendi.Dicas nõ vt per Dominos de Rota in antiquis.352.per notata In-

nocentii ſuper.c.fraternitatis.de Hereticis. De quo videas etiam Deciũ in.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regul. Iur. Dicētem in ſubſtantialibus nec ex cõſuetudine ſupplementum fieri poſſe,per notata per Iohan.Andr. in § Inſt. verſic.ꝙ ſi a cõtractibus.de Inſtru.edit. Quæ limitat ne procedat vbi ſubſtantiale deficiēs tacite perciperetur ex aliis poſitis in Inſtrumēto, vt per glo.& Bar.in.l.i.in § Qui ſuperficiē.ff.de ſuperfic.dicētes colligi ex quantitate an vēditio, ſiue locatio fuerit.Quæ autem ſubſtãtialia ſint recordor Felynum in.c.cum Iohãnes,de fide Inſtr.Melius q̃ alibi alius ponere cuncta.& an & quãdo Notarius addere vel ſupplere poſſit in ſubſtãtialibus.Videas Alex.in cõſil.153.libro.ii.& quãdo poſſit extēdere abbreuiaturas Notarii præmortui, & quomodo ac ſecundum quem ſtilum, videlicet extēdentis, an mortui Notarii.Alex.in Conſil.28.colu.iii.in.ii.volum. ¶ Quero quid ſi nõ integraliter ediderit Inſtrumētũ,an ipſi Notario petēti reſtituendum ſit,vt errorem corrigere poſſit in quo dixtinguerem ꝙ aut error eſt in pertinētibus ad Notarium in grammatica puta, vel ſolēnitatibus Inſtrumenti, ſicut eſt dies vel inditio,aut in cõcernentibus intereſſe partis.Exemplum ſi poſuit, habeat & habere debeat libere, & expedite,quod ponere nõ debebat.in primo membro dic aut fecit grãmaticam falſam,& ex quo tũc error talis non viciat Inſtr.l.Imperator.ff.de ſtatu hom. abſq; alia cauſæ cognitione Iudex id iubebit reſtitui notario, vt corrigat iuxta.l. actorum verba.ff.de re Iudic.Sua enim intereſt ne videatur Imperitus & Inſtrumētũ habēti nõ præiudicatur vnde, &c. pro quo regula eſt in.l.ii.ff.ſolut.matrim.cum ſimil.Si vero in caſu erroris diei ſiue inditionis,tũc aut in omittēdo,& qñ diei omiſſio vel inditionis viciat Inſtrumētum,vt in auc. vt præpon.nomē Imper.in princ.& in.c.inter dilectos de fide Inſtr.non aliter Iudex reſtitui faciet q̃ cum cauſæ cognitione videlicet q̃ ſi Notarius per teſtes deponētes de alio die, vel per prothocollũ probauerit errorem. nã nec aliter corrigere poſſet. Eo enim caſu corrigit ne ſcribētis error partibus habeat nocere.l.omnium.C.de teſtam.l.fin.C.de contrahen.& commit.ſtip.Quod intelligas in contractibus,qui

fieri

ſieri nequit et ſine ſolẽnitate ſcripturæ. hi enim ſine die non valent, vel ſine inditione, &c. vt in.l.contractus. de fide Inſtr. ſed in his qui abſq; tali ſolemnitate fiunt, tamen ſcriptura facta fuit, vt quod actum eſt inter partes probaretur, iuxta l.i.de fide Inſtr. &.l.cõtractus.C.de pignor. Iudex abſq; cauſæ cognitione reſtitui iubebit notario dicenti de die ſe recordari, vt corrigat nam tũc poterit corrigere, quia veritas ſcripturæ probatur per actorem qui eam fecit.l. Si quis decurio in fine. vbi Bar.C.de falſis, & quia ſic etiam creditur officiali de officio ſibi commiſſo.l.apparitores.C. de exact.tribut. &.d.l.Si quis. Aut fuit error in ponẽdo puta poſuit vnam diem, & aliam ponere debuerat nõ aliter notario reſtituetur Inſtrumẽtum cuiuſq; contractus q̃ errore probato, vt ſupra. Quæ omnia procedunt vbi ex interuallo corrigere ſe vellet ſecus quando incõtinenti, nam tũc abſq; probatione erroris corrigere ſe poteſt ſicut teſtis de quo in.§. quia vero. in auc. de teſtibus.in glo.mag.& in.c.præterea. nam equiperantur, vt in.l.Domicius.ff.de teſtam. ¶ Secũdo principali mẽbro quando videlicet erraſſet in his quæ pertinẽt ad partem nõ aliter ſibi creditur, nec reſtituitur Inſtrumentum, niſi errore probato, vt ſupra proximo, vt in.§. illud in auc. de equal. dot. quo ꝓbato corrigere poterit eritq; locus diſpoſitioni.l. Si librarius.ff.de regul.Iur. Item niſi incõtinenti, &c. vt modo dixi. Quæ dicta quamuis editionem proprie nõ concernant, ſed Inſtrumenti potius reſtitutionem Notario fiendã, tamen quia reſtitutio talis editionis habet ſimilitudinem hic poni eam neceſſarium fore duxi, vel immo quia dum Notarius corrigit edere dicatur cum editum nõ ſit donec integraliter nõ fuerit editum argumento eorum de quibus in §. pre-

30 cium.inſtit.de contrah.empt. ¶ IN Prædictis occurrit quid ſi Notarius ſemel ediderit, an iterum edere cõpelli poſſit. Bar.in.d.l.Si quis.in.§ fin.per illum tex.dicit ꝙ quamuis vellet edere nõ poſſet ſine cauſæ cognitione. Allegat. Specul.in.§.poſtremo verſic.Sed nunquid de inſtr. edition. dat Rationem ad caſum noſtrum, & ad. d.§ fin. quia cum ſemel ediderit functus eſt officio ſuo. per. l.Iudex. ff. de re Iudic. Cõſiderarem ꝙ ſi dictũ hoc, & ratio ſpeculatoris vera eſſet,

ſequeretur ꝙ nec volens notarius iterum ederet, & tñ Ang. & Alex. cõtrarium tenuerũt quos eſt ſequutus Decius in. d. c. col. 26. verſic. ſupereſt vltimus, cõcludentes quia prothocolli liber eius eſt, vt quotiẽs velit edere poſſit. Vnde primo reſpõderem ad ſpecul. ꝙ ratio ſua ſtringit vbi qui fecerit originale ſi in aliquo errauerit, ne iterum id facere poſſit, nõ autem in caſu noſtro. Similiter ad Bar. in eadẽ ratione ſe fundantem. Ratio autem in. d. §. fin. exprimitur, quia cum ſemel habuerit eſſe poteſt inſtructus. Hæc vero nõ tollit quin Notarius ſi velit iterum edat. ¶ Sed cõtra me videtur verbum ibi. prohibet. ſi ꝓhibitus eſt nõ poteſt q̃uis vellet. Dicas illud verbum ad proxima referri, argumento. l. Si idem cũ eodem. ff. de Iuris. om. Iudicum. In proximis dicitur argentario, & ei qui iterum edi petit cauſa cognita edi iubebo. põdera ibi. cauſa cognita ꝙ eſt dicere, regulariter edi prædictis nõ iubetur. Vnde dum ſequitur tex. prohibet argentario. Intelligitur ideſt prohibet fieri iuſſum. Sic prohibet neceſſitatem, nõ igitur ſequitur, vt prohibita ſit volũtas, argumento. l. nõ quicquid. ff. de Iudic. Cõſequenter ſi pluries vellet vtique poſſet quicquid Bar. dixerit in. d. l. Exemplarem cõcluſionem meam, prout alias Decius in. d. c. i. verſic. Circa prædicta. in Inſtrumento venditionis emancipationis, vel vltimæ volũtatis. Forſitan ſaluaretur Bar. in caſu quo ex editione ſecũda parti præiudicaretur. tũc nec volens Notarius poſſit. Ita Decius in. d. c. verſic. Circa duo. Allegat Specul. in. § poſtq̃ verſic. Sed nunquid de fide Inſtr. Et Azo. in Summa eodem titulo, qui nõ hoc dicit in libro meo. Addas vulgatẽ Regulam. l. de vnoquoq;. ff. de Re Iudic. ¶ Impoſſibile tamen videtur vt per ſecũdã editionem parti præiudicari poſſit, Decius reſpõdet ꝙ ſi habebam Inſtrumentum, ac ſoluente debitore id ei reddidiſſem, vel in eius præſentia dirupaſſe cum alio Inſtrumẽto edito mihi iterum. Debitum iterum petere potero. Quadere vidi cautos debitores nõ contentari de dirupatione, ſed aliud Inſtrumẽtum ſolutionis cõficere faciunt. ¶ Quicquid ſit finaliter tenerẽ, ꝙ ſi Notarius milies vellet edere poſſit ꝑ ſuperiora. Ex quibus Ang. Alex. in. d. l. prætor Abbas & Decius in. d. c. volunt Notarium ederẽ

cuilibet poſſe,& intereſſe non prætendenti, ꝙ non eueniret ſi ratio dicta per Decium ſibi locum vendicaret, nam quis poſſet per viam tertii habere aliam copiam, & cum ipſa iterum petere debitum. Præterea reſponderem, ꝙ vbi quis iterum debitum peteret, aut ſolutio facta probatur per debitorem. & creditor qui fuit ſatisfactus cōdēnatur in expenſis, iuxta tex. in. l. eum quem temere. ff. de Iudic. Aut minime probaretur, & imputetur ſibi, qui ſic ſoluit impudenter. Debebat. n. cautius negociari. argumēto. l. q cū alio. ff. de reg. Iur. cum vulgar. Tertio dic Decium conſideraſſe quod minime debuiſſet. nam ꝙ quis iterum petat nō præſumendum eſt, tā ex ratione, quia in expēſis condēnari poſſet, vt in. d. l. q̃ quia præſumitur quiſq; bonus niſi malus probaretur viribus vulgaribus. ¶ MODO Sequitur ſi Notarius edere nolit, quid erit officium Iudicis. Dicas in cōdemnado Notarium ad intereſſe, vt alias vidimus in rationibus in verſic. Sequi᷑ a quibus, &c. vel per actionem in factum per tex. in. l. argentarius. Satis diximus in ratiōibus. numero. 3. verſic. Nūc, &c. neq; aliter hic dicas contra notarium. ¶ NVNC Videndum de Inſtrumētis quæ quis pro ſe ad ſuum tantummodo cōmodū exegerit a notario, an ea edere aduerſario teneat᷑. ¶ Capita duo faciamus vnum quādo quis peteret (quia velit agere) vt fundet intentionem ſuam contra Inſtrumētum habentem. ¶ Alteram vbi quis peteret Inſtrumentum ſibi edi vt ex eo fundet exceptionem, vt elidat ſiue tollat intentionem actoris. ¶ AD Primum redeundo per Doct. oēs

31 in. l. fin. C. titulo nřo regulam fabricabis negatiuam. Quod videlicet Reus non teneatur actori edere ad fundandam intentionem. l. qui accuſare. & . l. fin. C. eodem. l. nimis graue. C. de teſtibus. c. i. de prob. per actionem. neque per officium Iudicis, de officio loquuntur Iura prædicta. de actione ſimi-

32 liter, quia fruſtra in his de offō dubitaret. ¶ FALLIT vbi Fiſcus eſſet actor, vt volunt. per. l. ii. §. diuus. ff. de Iure Fiſci. Quod verum putarem in euitādo dāno ſicut in rationibus dixi, & in ciuilibus loquimur, ſed ſi lucrum captare vellet tūc tantum pro Fiſcho intelligerem illum tex. Cū ab ipſo domino (non vt adduceret contra eundē) Inſtrumenti pe-

teret editionem, ſed aduerſus tertiam perſonam, vel contra
dominum ipſum eo tantummodo caſu quo facultas proba-
tionis (vt de rationibus diximus) periiſſet. Ita ꝙ aliter Fi-
ſcus habere non poſſet. Nam ſi Notarius (cuius original in-
cendio vel ſimili deperditum eſſet) adhuc viueret. Fiſcus cō
tra Notarium ageret, vt ſibi edatur. & Notarius contra do-
minum Inſtrumenti, vt alterum cōficiat originale cum quo
& Fiſco ſatisfacere poſſit. Sic loquitur (ſi aduertis) textus in
d.l. Si quis.§.prætor ait vſq; in finem.ff. eodem. Dicitur. n.
ibi ꝙ argētario edi debet ſi original incēdio eſſet amiſſum,
quod ſecundum omnes ibi diſponitur vt nouum fiat origina
le Bal. & Paul. in.l.ſi quis.§ penul. per illum tex. ff. ad exhib.
Cōſequenter dicas ad effectum, vt intereſſe prætendentibus
edatur. Quadere ſequitur ꝙ a Notario ipſo petere debemus
nō alio. Quia ſi diceres aliter fruſtatorie de nouo tractaret
originali. Præterea minus quam poſſibile ſit Regula.l.nimis
graue debet offendi. igitur non a domino, ſed a notario vi-
uente Fiſcus petet. Qui ſi nō viueret ab Inſtrumenti domi-
no. Sic intelligo tex. in.d.§.ibi. Si aliter veritas haberi nō poſ
ſit. dummodo cauſa non ſit capitalis, vt ibidem. a qua capita
li exciperem caſum falſiratis, vt ſupra dixi in rationibus in
verſic. ſecūdū capiamus, de qbus crim. ıne videas infra in pri
ma fallent. peteris editionem ad excipiendum. ¶ Et ex præ-
dictis bene differentiā capies inter fiſcum & priuatum. Nam
& ſi Notarius cum originali periiſſet priuatus ab Inſtrumen
ti domino non petet editionem in lucro captādo, fiſcus ve-
ro ſic, vt ſupra diximus, quæ nō intelligas in emptore gabel- 2
larum vt in rationibus dixi. ¶ Fallit ſecundo vbi cauſa do-
tis eſſet, vel alia fauorabilis. pro matrimonii puta validitate
vel pro eccleſia, ſtudio, & miſerabilibus perſonis, omnibusq;
aliis cauſis in quibus publica verſetur vtilitas, & in quolibet
particulari, prout Bar. in.l.i.ff. ſolut. matrim. & ſuperius di- 3
ximus in rationibus. Nam iſtis in cauſis dominum Inſtrumē
ti putarem edere teneri ad fundandam priuilegiatorum in-
tentionem etiam ſi Notarius viueret, & in hoc perſonas di-
ctas fauorabiliores fiſco eſſe. Qui viuente Notario nō a do-
mino edi petit, vt diximus, Quicqd voluerint Saly. in.l.fin.

C.titulo noſtro.& Bal.in.l.i.in.§.editiones.Mulier.n.in dote pauper maxime in alimẽtis,& eccleſia multis in locis priuilegiantur.d.l.aſſiduis.d.l.de Rei,vxor.action.d.l.id ꝙ pauperibus.de Epiſco.& cleric.& hic priuilegiari dicendum eſt
33 cum ratio ſit eadem. ¶ TERTIO Fallit vbi probandi copia defuiſſet ſine culpa petenti editionẽ. Specul. de Inſtr.edit in.§.videdũ verſic.ex præmiſſis.Canon.in.d.c.quod verum dixi vbi aliunde haberi nõ poſſet probandi facultas, quia nec viueret Notarius,& eos intelligerem in dãno euitãdo non aliter.Nam ſi bene conſiderabis ratio.d.l.Si quis.in §.fin.eſt.vt damnum euitetur,hoc modo nec aliter cum Decio tranſirem in.d.c.col.21. ¶ Qui dum dicit in his (quæ ſui natura ſunt difficilis probationis) ſatis eſſe ꝙ allegeť ſtudium veritatis indagãde cum Iuramento abſq; alia cauſæ probatione,locum non habet in caſu noſtro,quia præſuppo nimus Inſtrumentum,& loquimur de ipſo, ſic Notariũ quãdoq; fuiſſe rogatum,vt publica perſona, non igitur dicemus nos eſſe in his quæ natura ſui ſunt difficilis probationis. ¶ Nunc declarandum crederem tunc dici debere probationis facultatẽm ſine ſui culpa defeciſſe.Cum quis anteq̃ notarius periret petierit Inſtrumentũ, ſed ſi minime petierit culpoſus iudicaretur. Ex negligentia nõ quia fuerit in culpa peritionis,ſed negligens,nam inſpicere debuerat nos eſſe mortales,qua re nil certius,vt dicitur in.l.i.ff.de cõdit.& demo. exciperem caſum paupertatis, ſicut pauperi ſuccurritur in tempore proſequẽdæ appellationis.redeũdo.Moueor ex dictis Iohã.Ant.& Cardin.in.c.g.perpetuus. & Socin.in.l.ii. C.titulo noſtro.Dicentium ꝙ quamuis Iudex appellationis in caſu quo aliter veritas haberi nõ poſſet mandare poſſit appellatæ parti, vt exhibeat Inſtrumentũ ſententiæ. quo nõ exhibente pronunciare ꝙ ſi quo tempore ſententia talis producetur careat omni fide, tamen ꝙ illud nõ procedit, vbi appellans fuiſſet in culpa quia copiam habere potuiſſet.neq; curaſſet,nam tunc appellationis Iudex non ſic mandare poterit.Quoniam appellans cum Inſtrumento ſententiæ comparere tenetur.Sic dicemus in caſu noſtro, nam actor probationes habere debet.d.l.qui accuſare.C.titu. noſtro, neq;

rationem viderem diuerſitatis.& omnino me videas poſt fal
lentiam.xv.& in x.per quam limito hanc ne procedat in vl-
34 timis voluntatibus. ¶ Quarto fallit vbi actor ſuam fundaſ
ſet intentionem, Quia probaſſet, & eam coadiuuare vellet.
Bar.poſt antiquos in.l.i.in.§.editiones.vbi communiter.dat
exemplum actor petit fundum Reus dicit ꝙ fundus non tan
tum ſe extendit ſicut aſſerit actor. Certe quia per verba Rei
actoris intentio remanet probata, Reus ipſe edere tenetur
ad corroborandam actoris intentionem,& videtur tex. in.l.
fin.C.titulo noſtro. ibi originē petitionis.a contrario ſenſu
ſecundum omnes,pulchris rationibus corroborat Decius in
d.c. ¶ Ex Bar.dictis nūc relatis bene ſumes, ꝙ Guill. non
bene dixit.Volebat enim ꝙ ſi actor ſemiplene ꝓbaſſet.a reo
petere poſſet editionem,vt compleret probationem contra
quem etiam allego textum in.l.qui accuſare.C.titulo noſtro
ibi.probationes.Ergo integrales nō ſemiplenas.argumento.
l.i.§.Si is qui nauem.ff.de exercit. ¶ Et nota caſum iſtum,
videlicet Reum teneri ad coadiuuandum intētionem verum
eſſe,quamuis notarius viueret,qui haberet originale,nā alias
35 fallentia nō eſſet,& communiter errarent. ¶ Quinto fallit
vbi quis inſtrumento, vel vno capitulo eius in Iudicio vti
velle declaraſſet.nam tunc & ſi ſit Reus edere tenetur. De-
clara tamen vt in rationibus diximus in Regula negatiua.
¶ Pro quo facit dictum Innocen.Butr.Imol.Abbat.& De-
cii in.d.c.i.ꝙ ſi actoris intentio fundaretur in aliquo Inſtru-
mēto.Aduerſarius ante omnia petet vt edatur. Idem ſi pars
proteſtata eſſet ſe tantummodo in parte Inſtrumēto vti vel-
le,ſeu in partibus pro ſe facientibus.Vide Apoſtill. ad Bart.
36 in.l.i.in.§.edenda.ff.eodem. ¶ Sexto per Butrium.Innoc.
Abbat.& Decium in.d.c.fallit. vbi quis per Inſtrumēti re-
tentionem de peccato argueretur. nam tunc per euangelicā
denunciationem,vt edat cogi poteſt.per notata in.c. nouit.
de Iudic.Exemplum darem in Matrimonio.Si mulier pete-
ret editionem vt matrimonium probaret.Decius ibidē Ad-
dit tradita per Innoc.& omnes in.c.quia pleriq;.de Immun.
Eccleſ.Dicentes ꝙ vbi agitur de peccato, nō debet attendi
Ciuilis Iuris Rigor.ſed veritas ipſa,quadere ſententiam re-

tractari tranſactam in rem iudicatam. Si aliter de veritate cõſtet. Sic etiam Bal. in auc. ad hæc. C. de vſuris. col. x. cum allegatis per Decium, vt ſupra. ¶ Ex quorum ratione inferri poſſe videtur, ꝙ ſi ſtatutum extaret in ciuitate, vt in certis caſibus procedatur. ſola facti veritate inſpecta, in his actori Reus edet, vt actor intentionem fundet. ¶ Sed aduertendũ quia nõ aliter ſtatuentes moueri poterant q̃ ex equitate, ſed equitas minime patitur, vt Reus contra ſe ipſum edat. d. l. nimis graue. de teſtibus. d. l. qui accuſare cum ſimil. ex quo videtur vt fallentia ruat. Nihilominus fallentiam teneas non per rationem Doctorum dictam, nec in terminis ſtatuti, ſed vt periculũ euitetur aiæ propter ꝙ receditur a diſpoſitione Iuris etiam in fauorabilibus. c. cum contingat. de Iur. iuran. cum cæteris per me poſitis in auc. ſacramenta. C. Si aduerſ. vendit. ¶ Si modo queris quomodo hæc denunciatio fiet. Dic prius opus eſſe, vt Iudici ſpirituali de peccato conſtet. Sic loquũtur. c. cum cõtingat, & ſimilia. Conſtare nõ poteſt niſi appareat ꝙ aliũde nõ poſſit haberi. Puta Notarius neq; ſucceſſor inueniatur. Si. n. inueniretur Reus nõ peccaret Inſtrumentũ retinẽdo ſuum. argumẽto. l. Gracchus. ff. de adul. Præterea ſi aliunde haberi nõ poſſet, nec indiſtincte dici debet vt denũciatio fiat. Sed tunc cum de Iure prouideri non poſſit, nam eſt medicinalis. caſus eſt vbi actor vellet captare lucrum, puta legatum ſiue donatum iuxta. l. fin. C. de Codicill. vel vellet euitare damnum, nihilominus ſui negligens in exigẽdo, vt ſuperius, in tertia fallẽtia dixi, quam vide. ¶ Hãc notabis diſtinctionem quoniam habes ex ea, an & qñ quis edere teneatur. vbi neſciretur an ipſe teneat Inſtrumẽtum, & fieret generalis monitio, ſeu ſpecialis denũciatio, vt qui habet Inſtrumẽtum edat. Sed ſi generalis denũciatio aliter ſe haberet, quia diceret vt qui habet Inſtrumẽtum debeat propalare tunc ſemper, & in omnibus caſibus dictis denũciatio fieri poteſt, quia propalandum eſt, vt ſciatur an iure ipſo cõpelli, vel per denũciationem, ſeu nullo modo, poſſit, ad edẽdum.
37 ¶ Septimo quãdo Inſtrumentum eſſet inutile apud Reum, Decius exemplat, vbi ſententia cõtra me prius lata, quæ nũc apud te reperitur, ſit irritata, nam tu Reus edere te-

neris.c.accedens el primo, vt lite. nõ conteſtat.l. diſſolute. C.de condit.ſine cauſa.per Canon.in.d.c. vbi Decius ꝙ in ſe vera eſt,nõ tamen in dictis Iuribus probatur.Cum in eis Intẽtio fundata ſit,nam debitor eſt,& ideo petitur a reo nõ officio Iudicis de quo loquimur,ſed per actionem.Aliud eſt exemplum in.d.l.diſſolute. ¶ Octauo vbi nõ fundare intẽtionem,ſed actor probare vellet replicationem, quoniã replicationis natura eſt ſicut exceptiõis. Decius in.d.c.eſt tex. in.l.fin.C.tit.nſo, quẽ declaro infra in verſic. perueniamus. ¶ Nono in duplicibus Iudiciis,nam in his quilibet actor, & reus eſt.Bal.l.Inſtrumenta.C.de fideicõ.Alex.in.d.l.fin.Decius in.d.c.diſputat.Finaliter cõcludit contra Bal. ¶ Eum ſequor per ſuam optimã Rationem,videlicet ꝙ actor in his reputatur qui ad Iudicium prouocauit.l. in tribus.ff. de Iudic.Non obſtat ꝙ ibi de rigore nos de equitate.Quia reſpondet ꝙ cum ibi equitas nõ conſideretur , neꝙ hic dici debet. Addo ponderando verbũ intẽtioni.in.d.l.nimis graue quod nobis indicat conſiderari actum prouocãdi, & incoandi Iudicium.Addo ꝙ Immo nec de rigore debet a Reo edi. pondero verbum.Iuris ad differentiam equitatis.in.d.l. qui accuſare.C.eodem. ¶ Aduertas quia loquor vbi quis agens famil.herciſc.vel alio duplici peteret editionem Inſtrumenti priuati coheredis dico,particularis.nõ Inſtrumentum commune,quia tunc famil.herciſc.Iudicio ageretur. eſt tex. in.l. ſi quæ.ff.famil.herciſ.in.xi.fallẽ.dicã. ¶ Decimo fallit in legatario qui teſtamentum ab herede peteret exhiberi . Dicit Alex.per.l.ii.ff.eodem.In ſecũda lettura , & fere per totum titul.de tabul.exhibend.Sed aliter intelligo legem ſecũdam dicitur ibi Si legatum petatur non iubet prætor verba teſtamenti edere,ideo forſitã quia ſolent heredes teſtamenti exẽplum habere.Vnde intelligo eum ſic,videlicet ꝙ ideo heres nõ teneatur,quia non original,ſed exemplum habere ſolet, vnde ad notarium recurrendum eſt.Sed ſi heres haberet originale,vel ſi originale ſine culpa legatarii deperditum eſſet cum fallẽtia tranſirem,etiam ꝙ legatarius fuiſſet culpoſus in non petẽdo a notario anteꝙ perderetur. moueor quia reipublicæ intereſt vltimas voluntates exitum habere.l.i.C.de

ſacr.

ſacr.ſanct.Eccle.cũ cõcor.& hæc addas in.3.ſupradicta fallentia,& hãc tenet Alex.in.d.l. ii. quis nõ dixerit de culpa. Non obſtat titulus de tabul.exhibend. Quia loquitur de originali,& non per officium Iudicis,vt nos, ſed actione in factum. ¶ Vndecimo ſi petens editionem in totum Inſtrum. dominus eſſet,quia ſcriptum in carta ſua, ſicut in. §. litteræ inſtit.de Rerum diuiſion.Tunc.n.exhiberi petit, vt poſtmodum vendicet.l.iii.in.§.penul.ff.ad exhib. ¶ Vel pro parte d.l.ſi quæ.ff.famil.herciſc. ¶ Vel Iudicis officio.l.procurator.C.tit.noſtrõ,videlicet, vbi nõ ſit communio familiæ. ¶ Vel in factum actione ſi petens non erat dominus.d.§.penul.Vera ſunt hæc in ſe,nõ tamen pro fallentia bene darentur,nam loquuntur in caſibus quibus is a quo petitur non eſſet Inſtrumẽti ſolus dominus,vt Regula noſtra eſt. ¶ Duodecimo ſi actor a reo cauſam haberet, nam ratione cauſæ petet editionem.Alex.in.d.l.fin.per textũ pulchrum in.l. creditor.ff.de action.empt. ¶ Decimotertio in caſu.l.i.in.§. edenda.ff.eodem.Declara ſicut in rationibus poſui ſupra in articulo,quæ ſint edẽdæ,& ex eadem ratione moueor.¶ Nõ per tex.in.d.§.nã dicitur ibi,ꝙ edenda ſunt omnia quæ quis apud Iudicem editurus eſt,non tamẽ vt Inſtrumẽta quibus quis vſurus nõ eſt edere cõpellatur. Dico ſic, ſi tex.ibi.editurus eſt.loqueretur de Reo.Sequeretur ꝙ non ſolum is qui extraordinarie cogi poteſt,ſed & qui ordinarie (vt eſt argẽtarius) edere nõ teneretur,vbi ſe nolle vti Iudicialiter declaraſſet,ꝙ autem ſequeretur patet.per eum tex.ibi. nõ tñ, &c. ꝙ omnes fallẽtias dictas annihilaret, & per indirectum deſtrueret tex.in.l.argentarius edere tenetur.ff. eodem. Vnde intelligerem illũ textum ibi.editurus eſt.Scilicet ipſe actor, & ſequere ibi.nã edenda nõ ſunt neceſſario ea quibus actor nõ eſt vſurus. Pro quibus pondero ſuperiora. ibi non aliter accepta,& data poſſent apparere. vnde reſpectus habetur ad actorẽ.Sic ĩ ſequẽtibus dici debet.ibi edẽda ſunt oĩa,&c. argumento.l.argentarius in.§.Si initium.ff.eodem.&.l. heredes palã.in.§.Sed ſi notam.ff.de teſtam.cum cõcord. Præterea ſupra dixerat,ꝙ dies confectionis inſtrumenti non eſt edẽdus.Cuius occaſione ſequitur,ꝙ neq̧ alia quibus non eſt

vſurus,ſcilicet actor,ſicut nec dic vtitur cõfectionis. ❡ Decimoquarto ſi originale perueniſſet ad manus rei. dictum in decima eſt. ❡ Decimoquinto fallit in Vſurario, Nauta, Caupone, Stabulario, cum cæteris quos in rationibus poſui. dic vt ibi. hoc modo, Nam ſi proprias rationes edere tenentur a ſe confectas, multo magis Inſtrumẽtum quod reus vſurarius vel ſimilis habuerit a Notario, quod intelligas vbi aliũde haberi non poſſet. Probo per tex. in præfata clem. de vſuris. in §. cæterum ibi. vix conuinci poſſunt. cætera quæ in rationi-
38 bus poſui dicas hic. ❡ E T Fallẽtias dictas intellige dummodo petitor iuraret non calumniæ cauſa, &c. vt habetur in l. Si quis. in. §. exigitur. ff. eodem. ❡ Item dummodo petẽs non fuerit in culpa quominus habuerit Inſtrumentum aliunde, vt in rationibus dictum. Socin. cum alleg. in. l. ii. C. titul. noſtro. exceptis editionibus, quæ fauore fiunt Eccleſiæ, matrimonii, &c. & propter odium vſurariorum ſimiliumq;. Tũc enim culpa nõ conſideratur, vt loco ſuo videre potuiſti, dum dixi de rationibus. ❡ Et dum dixi nũc, de culpa vbi petens Inſtrumentum habere non curaſſet intelligas in extraordinariis editionibus, quæ videlicet non fiunt ſine cauſæ cognitione nõ in ordinariis. ❡ Arguere poſſes ꝙ nec in extraordinariis culpa cõſideretur. Quia caſus aduerſaq; fortuna cõſiderari non debet Bart. in. l. Cæſar. ff. de public. vnde ꝙ nõ ſit culpa vbi reſiſti minime potuit. Sed q̃a ſumus in odioſis contra. l. nimis graue. Conſiderarem, vt ſupra, culpam. per Socin. ſed aduertas ꝙ ſi hæc limitatio vera eſt maximopere ſtringit fallentias dictas cũ ſemper quaſi quis ab argen-
39 tario, ſiue notario petere potuerit. ❡ I T E M limita fallentias omnes, vt in articulo illo dixi, quo tempore fiat editio rationum. Hoc eſt ſi actor ad effectum delibeerãdi de his peteret editionẽ de quibus veriſimiliter inſtructus eſt. Quod ſublimita vt in eodem articulo dixi in ſecũdo tempore eius.
40 ❡ I T E M Limita omnes ne procedãt ſi actor concurrere noluerit in expenſis, quas Reus iuſte fecit, vt Inſtrumentum dictum habere poſſet. Alex. in. l. ii. C. tit. noſtro. col. iii. verſicul. tertio fallit. Vnde Purpuratus ibidem, ꝙ per Aduocatos cautos in primis offerũtur expenſæ. Argumento. l. Iulianus.

in.§.offerri.de action.empt.Iſdem tamen recedit ab Alexãdro.Ex ratione quia omnimodo appellatus, aut alter Inſtrumentum habens notario mercedem ſoluere tenebatur. vnde cõcludit expenſas tales non debere cõſiderari. ex notatis in c.ſtatutũ.§.inſuper in verbo moderatas de reſcrip. libro. vi. Secundo quia contingere poſſet ꝙ aliquo tempore Notarius coget hũc petentem editionem ad Inſtrumẽtum redimendũ iuxta quæ per Bart.in.l.i.in.§.ludi.ff. de variis & extraord. cognit. ¶ Hoc nihil eſt nam ab aduerſario edi quis non petit niſi aliunde haberi non poſſet, nam ſumus in actore, qui velit impugnare,vnde præſupponimus nõ viuere Notarium diligẽtiamq́ꝫ fuiſſe peractam,vel viuere,ſed nõ inueniri, quo caſu nil actori poſſet imputari.Sic cum Notarius veniẽs minime coget.Concluderem finaliter,ꝙ in expenſis concurrat pro medietate.Argumento regulæ ſecũdum naturam. ff. de condit.indebiti.Vterq́ꝫ.n.commodum ſenſit,vterq́ꝫ igitur in incommodo currat.Non obſtat prima ratio Purpurati, quia ſatis Inſtrumẽtum habens grauat dum cõtra ſe ipſum. edit. contra.l.nimis graue. Præterea ratio Purpurati non tollit Regulam.d.l.ſecundum naturam, & Regulam, locupletari.
41 in.vi. ¶ PERVENIAMVS Nunc ad Regulam ſe habentem. Quod Reo excipienti contra intentionem actoris, actor edere tenet.glo.Iohan.Cyn.Bart.Bal.Ang.Paul. & communiter in.l.fin.C.tit.noſtro.Intelligendo tex.illum in Inſtrumentis,vt magis communiter intelligitur. Canon. Sequuntur in.d.c.i.de probat.tamen Alex.in.d.l. ac Decius in.d.c.cõtra communem in pũcto Iuris tenent.Sequuti gloſam.in.c.g.perpetuus.de fide Inſtr. Azonem, Odofred, Iacob.Butr.Rayn.& Salyc.in.d.l.fin. ¶ Breuiter cum communiori tranſibo.vnde ſcire debetis in.d.l.fin.duas lecturas dari,Vnam Iohan.gloſatoris antiqui. Alterã Azon. propter quod Decius dicebat in ea.l.minime fundamentum fieri poſſe iuxta doctrin.Bar.in.l.in ambiguo.ff.de rebus dubiis. Cõſiderarem Imperatorem Alexandrum ibi patris leges affirmare velle,vt æquas,& iuridicas,dicendo, ꝙ quamuis inter ſe contrariari videantur nullatenus tamen contrariæ ſint. Cõſideraremq́ꝫ mirabilem (quo vtitur) modũ in verſic.ibi

quando,&c.vt præfatas leges ampliaret vno habito reſpe-
ctu,& altero reſtringeret,vt modo videbis. ¶ Pro quo ad-
uertas,ꝙ lex prima cõtrariare diſcrepareq; videbatur a.l.nõ
eſt nouum,& a.l.iuſtum.In eo quia quælibet earum loquitur
de Rationibus.Nihilominus in.l.i.Rationes nõ eduntur niſi
cum cauſæ cognitione.in.l.nõ eſt nouum,& .l.Iuſtum, abſq;
alia cognitionis expectatione,ſed regulariter eduntur, vt ex
earum indeffinita diſpoſitione apparet,neq; talis cõtrarietas
ex eo tolli videbať, quia de actore vna de Reo altera loque-
retur.Cũ nulla Ratio videatur,cur magis Reo , q̃ actori edi
deberet.Quadere Princeps ne cõfuſi remaneremus.Dixit &
quæ a me,& quæ a patre meo,&c.Hoc eſt quamuis in.l.non
eſt nouum de Reo tantũmodo dixerim,tamen in actore non
diuerſum eſt, permanẽtibus illis terminis. Nam in reo termi
ni ſunt vt repellat actionem actoris,nõ minus actori cõce-
ditur,vbi Rei exceptioné repellere vellet.Hoc.n.caſu actor
in terminis eſſe dicitur,quibus Reus argumento.l. ii. de ex-
cept.& inſtit.de except.per totum.Itaq; bene videtis exten-
ſionem.d.l.non eſt nouũ.&.l.iuſtum. Quicquid dixerit De-
cius in.d.c.col.25.circa finem . Cum igitur videatis vtriq;
pariter cõſuli nõ mirum ſi dixerit Iuri cõſonas,& equitati .
¶ Et quoniam contrariare videbatur lex prima , & quarta,
(vbi actori nõ editur) diſpoſitioni legis nõ eſt nouũ,&.l.iu-
ſtum.Subiunxit Imperator in.d.l.final. ſeperando contra-
ria,ꝙ in caſu iſto extenſionis itaq; replicationis nõ oportet
fundari originem petitionis. Quaſi dicat dum præſupponi-
mus exceptionem propoſitam fuiſſe.Fatemur petitionis ori-
ginem fuiſſe fundatam.argumẽto.l.decem.ff.de verb.oblig.
Sed in.d.l.i.&.iiii.petitionis originem fundare volebat,non
mirum ſi non toleretur.argumento.l. nimis graue. de teſti-
bus. facit glo. ibidem in verbo . quando dum exponit pro
quia.ſic importat rationis aſſignationem.l.demonſtratio.ff.
de condit.& demõſtr.vnde ratio datur cur in.d.l. fin. aliter
q̃ in.d.l.i.diſponatur. ¶ Et habes reſtrictionem ad.l.primã.
vt in ſolo caſu loquatur,vbi de intẽtionis fundatione loque-
remur.Nec mirum ſi in.d.l.fin.verbo.Inſtrumentum. fuerit
vſus ad remouẽdum contrarium,l.i.loquẽtis de rationibus,

Quia pro rationibus quoq; ponitur Inſtrumēti verbum.l.no tionem.ff.de verb.ſign.& in Rubr.de fide Inſtrumētorum, nec nouum eſt quandoq; pro ſpecie poni genus. l. ſi quid earum.§.inter emptum de legat.iii. ¶ Præterea dicas vſum eſſe præfato verbo.vt demonſtraret nō ſolum velle remouere contrarium.l.primæ reſtringereq; ipſam,vt conſideraui, ſed etiam legis.Qui accuſare.in titulo eodem.loquētis de Inſtrumento ſtricte.concludenter in.d.l.fin. vſus eſt Inſtrumenti verbo.vt capitur large propter miniſterium ſupranpoſitum. Vnde capias ex.d.l.fin.Reo tam rationes q̄ Inſtrumēta edi debere,vt fundet exceptionem. ¶ Rationes intelligas confectas ad commodum tantūmodo ſuum equiperatas Inſtrumentis.Quæ a Notario quis pro ſe habuerit.Hoc modo declaro legem finalem cum antepoſitis,& ſi cōſiderabis.Obiectiones tollētur omnes cōſideratæ per Decium in.d.c.Legē enim habemus claram. ¶ Vnum tantummodo eius ponam in quo maxime ſe fundat.cōtra equiperantes actorem in replicatione Reo in exceptione.Nam dicit, Equiperatio fit inter diuerſa.l.quod nerua.ff.depoſ.ſed quando replicat actor dicitur excipere.l.ii.ff.de except.ſic equiperatio nō bona videtur.quia ſi dicitur excipere. Reus eſt, vnde non diuerſus. propter ꝙ firmat contra communem,ꝙ ſicut reus actori ede re nō tenetur ad fundandam intētionem. Ita nec actor ipſi Reo excipienti,ſic facit equiperationem,quia diuerſus actor eſt a Reo. ¶ Reſponderem equiperationem fieri claram in d.l.fin.vnde incertis nō certis locus erit coniecturis. argumēto.l.continuus.de verb. oblig. ¶ Et ſpecialius dicerem ꝙ quamuis dum replicat actor excipere dicatur, tamen eo ipſo quo excipit.Reus conſideratur vt actor.inſtit.de excep. Eſt.n.actionis excluſio vnde dū replicat actor excipere non dicitur,niſi Reus cōſideretur, vt actor.Sic diuerſus igitur ſimilitudo reſtat,quia caſu in iſto eadem ratio eſt.Sed vbi eadem ratio nō eſſet inter actorem,& reum ſimilitudo minime fiet,vt videre eſt in actore a principio.de qua ratione omnino me videas in principio tractatus,dum diſcutio,qua ratio me inducta fuerit editio,ibi.quoniam editio, ex facto edentis prouenit,& me videbis dum dicam nūc, ꝙ actori debet im-

putari per Regulam.dãnum. ¶ STAT Finaliter ex præfatis Concluſio firma,ꝙ actor Inſtrumentũ rationeſ'ue Reo
42 edere tenetur ad fundandam exceptionem. ¶ PRIMO Fallit vbi fundaret exceptionem cõtinẽtem crimen actoris. Puta Bãnum, Excommunicationem,& ſimile. Doct. in ſæpedicta.l.fin.& in.d.c.i. vbi Decius in col. 29. Nam actor edere non tenetur, tanto minus Reum actori ad probãdam replicationem.Quæ procedere tanto fortius dicas, quando quis in excipiendo innueret actorem criminaliter puniri.argumento.l.ii.§.Item diuus.ff.de Iure fiſci.In his etenim nemini edere teneretur. & ſi aliter veritas non haberetur, ſed paulopoſt melius dicam. ¶ Dubium reſtat quid ſi crimẽ eſſet pro quo pecuniaria pœna imponenda veniret. Doct.idẽ dicere videntur.& Alex.in cõſil.132.in.i.volum. dum ſimpliciter loquuntur iunctis poſitis per Bar.in.l.iii.ff.de ſepul. violat.pro quibus eſt tex.in.d.§. ibi vel ſimili nummaria cauſa. Nam hæc de qua loquimur ſimilis dici non poteſt. ¶ Decius contra. per eum tex.ibi.ſi de capitali. Eum capiendo a contrario ſenſu. Item ſi vera eſſet opin. iſta ſequeretur, ꝙ in magna pecuniaria cauſa edi deberet non autem in parua pœna pecuniaria contra mentem illius textus, dum cõſiderat præiudicium. ¶ Cum Decio trãſirem,ꝙ quo ad pœnam pecuniariam, fiſco debeat edi ne maleficia, &c.l. Ita vulneratus.ff.ad.l.acquil.per quã Regulam reſpectu fiſci dico limitari.aliã de qua in.l.Qui accuſare.C.tit. nr̃o. ¶ Nihilominus breuiter redeundo concluderem fallentiam hanc noſtram nõ probari per tex.in.d.§.Neq; in capitali cauſa.Nam ꝙ fiſco edatur ad fundandam intentionem, vt ibi eſt contra Ius commune.d.l.Qui accuſare.In caſu vero noſtro Ius cõmune diſponit vt Reo edatur.d.l.fin.modo ſic nam quamuis in capitali cauſa nõ edatur fiſco,nõ tamen ſequitur quin debeat edi priuato.probo.ex Regula.l.eius militis.in.§.militia miſſus.ff.de.milit.teſt.facilius tollitur Ius fiſci quia ſpeciale,q̃ priuati quia regulare in caſu noſtro.d.l.fin.Præterea illud in fiſco quia non incitatus,in caſu noſtro Reus fuit incitatus,& prouocatus.Quadere dicemus actori,ꝙ damnum quod culpa ſua ſenſit imputetur ipſi eidem, vt in Regula dã;

num. ¶ Non obſtat Alex.in.d.§.diuus in fine. Dicens nemi nem cogi ad ſuam turpitudinem detegendam, vt habetur in l.alias de Iure Iuran. Quia dicerem illud non procedere vbi facto eiuſdem proueniret.vt in.d.Regula. Non.n. Reus exciperet niſi actor agere cepiſſet. Intelligas me tamen in caſu quo crimen connexũ eſſet,ſeu depẽderet a negocio ſuper quo petitio fundata fuit. Puta petebat actor centum excepit, ꝙ eſt vſurarius, vel violenter ab actore coactus fuit, vel quia ſit actor fur,& illa centum antequam Reo traderet ſurripuerat ab ipſo Reo, vel abſtulerat, violenter. Sic etiam Reſpõ derem Decio dicenti neminem poſitioni criminoſe reſpondere teneri, vt per Bar.in.l.tranſactione per illum tex.ff.C. de tranſact. tanto minus ad edendum cogi. Nam verum crederem niſi poſitio criminoſa fieret excipiendo, vt ex prædictis. Et allego.l.fin.C.tit.noſtro, nam ibi rationem nõ aliam eſſe crederem cur actori nõ edat Reus,& ipſi reo edat actor, ꝙ quia, vt actor cogatur ex facto ſuo procedit. Quam meam concluſionem declararem procedere, vbi Reus exciperet nõ dilatando, vt eſt exceptio excommun. vel temporanei banni, ſed perimendo Iudicium, Sic Decius in. d. c. Indiſtincte dicens regulam noſtram nõ habere locum in dilatoriis, de peremptoriis habes inſtit. de except. ¶ Exemplum dicti mei etiam eſt vbi actor probaſſet intentionem puta ſe poſſidere, ſed Reus exciperet de violẽtia pro quo peteret Inſtrumentũ actoris, rationes'ue edi quibus appareret actorem rei noĩe poſſidere, vel melius vbi ꝓbaret actor, ſed Reus exciperet de falſitate ſua, vel etiam probationum ad quã probandam actoris edi peteret Inſtrumẽtum. ¶ Item cõcluſionem meam de criminali procedere dicas, vbi reus exceptionem ſuam aliter probare nõ poſſet puta facultas defeciſſet ſine ſui culpa. Si vero aliter ꝓbari poſſet puta Notarius viueret forſitan communis opin. locum vendicaret nõ per. d. §.diuus. ſed vt minus ꝗ poſſibile ſit offendatur. d.l.nimis graue. ſi diceres quando probari nõ poteſt, etiam actor edi petit vt alias diximus. Reſponderem illud in ciuilibus nũc loquor de criminalibus, etiam pœnis pecuniariis, vt ſupra, & exceptionem intelligas, vt ſequitur. ¶ Secundo Regula fallit in

exceptione quæ potius impugnationem q̄ contineret exceptionem, vt eſt exceptio compenſationis nā excipiens, (vt compenſet) dicitur agere.l.amplius.ff. Rem ratam haberi. Sic Bal.Fulg.Alex.in.d.l.fin.Canon.in.d.c.& quāuis Iohā. Petrucius de Monte ſperello dicat hanc fallētiam nō habere locum vbi compenſatio fieret ipſo Iure propter quod per Decium arguitur, ꝙ ideo fallētia ruat. Nihilominus Decius iſdem in.d.c.bene reſpondet.per tex.in.d.l.amplius.vbi dicitur indixtinctè ꝙ agere dicitur, qui compenſat, contraria ſoluit. Fallentiam tamen intelligas per eundem in compenſatione extrinſeca nō autem in intrinſeca, vt eſt illa quæ fit computando fructus in ſortem.l.ii.C.de pignor.action. c.i. de vſur.nam in his quæ proueniunt ex eodem facto, ſeu fonte, vel Rei natura compenſatio magis eſt fauorabilis. Adducit Bal.in.c.cum Inter.verſic. Quero nūc de except.dicentem talem compenſationem opponi, & ab excommunicato quamuis alias excommunicatus de compenſatione opponere nequeat. ¶ Tertio in reconuentione nam licet in equitate fundetur.iii.q.ix.c.Cuius.in ſe tamen habet impugnationem Bal.addit tex.in.d.c.cum inter in fine. vbi excommunicato nō minus reconuentio denegatur q̄ compenſatio, defenſio vero nequaq̄. ¶ Quarto in exceptione Macedoniani vel odioſæ præſcriptionis, quæ cum ſit malæ fidei, equitati contraria eſt.l.nam natura.ff.de condit.indebit.Bal.in.d.l. fin.quem ſic Decius intelligit in.d.c.ſed vbi bonæ fidei eſſet fallētia ceſſaret, & editio peteretur.ſic Decius ibidem intelligit Baldum in.l.edita in.xiii.col. peruſin. Sequor excepto caſu replicationis. Puta quis rem peteret. Reus exciperet ſe dominum titulum probando (ſi replicaret actor ſe bona fide præſcripſiſſe) pro quo rationes peteret, vel Inſtrumēta rei, quibus cauetur actoris nomine fuiſſe poſſeſſam, non petet editionem, nam caſu hoc replicatio magis ad fundandam intentionem q̄ ad repellendam tendit exceptionem. ¶ Ex iſta conſideratione poſſes declarare tex.in.l.fin.C.titulo noſtro.ibi ꝙ multum interſit. ¶ Intuēdum igitur eſſe cōcluderem an replicatio magis tendat ad fundandam primam intentionem q̄ repellendam exceptionem de quo vltimo

timo per te dabis exempla. ¶ Vnum dabo in pacto de non petendo, & ſecũdo pacto de petẽdo. Nam replicatur de ſecũdo, vt repellatur primum nõ vt intẽtio fundetur. ¶ Quinto in dilatoriis exceptionibus in ſecũda ſupra dixi, vt per De
43 cium in.d.c. ¶ SEXTO per eundem in cauſis fauorabilibus libertate, dote, matrimonio, de quibus in.c.fin. de re iudic. ſimilibusq́. Mouetur quia fauor cauſæ præponderat fauori Rei cõuenti, vt in.d.c. vbi dicitur, ꝙ quamuis in dubio pro Reo Iudicetur. Iuribus vulgar. in cauſis tamen illis pro actore, vnde Decius cõcludit, ꝙ ſicut in ſententia cõſideratur fauor, ſic in probatione per.l.in lege Iulia de manumiſſ. Dicẽs hoc nõ fuiſſe ab alio dictum. ¶ Sed mihi videt ꝙ ſit contra textum in.l.Iuſtum.C.tit.noſtro.dicitur.ibi.Iuſtum eſt deſiderium eius a quo pecunia petitur implorare rationẽ creditoris, licet nomine publico petatur. Põdero hæc vltima generaliter dicta comprehẽdentia, & publicam illam vtilitatem, quæ etiam in quolibet particulari affert vtilitatem. de qua Bar. & Doct. in.l.i.ff.ſolut.matrim. Non obſtat Decius per.d.c.fin. quia loquitur in dubio, nos vero in claris.d.l.Iuſtum. ¶ Et ſi argueres de meis dictis in rationibus, videlicet in cauſis talibus reũ actori edere teneri. Dicerem ꝙ ibi eſt ne veritas occultetur, ꝙ hic ceſſat. Immo ſi editio nõ fieret hic, & fallentia locum haberet, veritas occultaretur. Vnde mea dicta proponam contra fallentiam.
44 ¶ SEPTIMO Vbi reus edi ſibi peteret ad effectum deliberandi, & veriſimiliter eſſet inſtructus. Ratio.n. ceſſaret editionis, quæ ponitur in.l.i.ff.eodẽ.ibi. vt perinde ſciat cedere an cõtendere velit. Quam fallentiam limita ne procedat in caſibus a me poſitis in articu. Quo tpe fiat editio in ſecũdo tẽpore. ¶ Octauo vbi reus peteret rationes actoris, & vellet captare lucrum, vt dixi ſupra in rationibus verſic.
45 Modo reſtat numero. 19. ¶ SVM de rationibus & Inſtrumentis expeditus taliter, ꝙ ex dictis regulam aliam capere poteris habẽtem ſe. Quod Reus actori edere tenetur ad probandam replicationem, ſicut reo tenetur actor ad exceptionem. Quicquid dixerint contra tenẽtes relati per Decium in d. c. fallentias quaſi pariter in vtroq; caſu capiatis

ad vnum Iudex potiſſime vigilabit, videlicet an edi petens reus actor'ue, ſit potius impugnet, q̃ defendat nam denegaretur editio, vt eſt ſupra ſatis bene diſcuſſum, & concluſum. Impugnare intelligas principaliter. Non.n.attēderetur impugnatio, quæ veniret in conſequentiam.arguméto.l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.petat. ¶ Non inepte hic dicēdum eſt, qualiter exemplum autenticatum quod quis pro ſe a Notario habuerit, edetur. Concluditur in totum, prout in exemplo ipſo repetitur. Ad quod eſt tex.in.l.i.in.§.fin.ff. eodem. arguméto Regulæ de qua in.§.precium.Inſtit. de cōtrahen. empt.& hoc cōcluditur per omnes in.d. §. editiones in glo. magn. Dicente ꝙ excipitur ſolus dies. Quicquid dixerit Speculator.de Inſtr.edit.§.oſtenſo.verſic.Si vero. Dicens verbum.Sine die.poſitum in.d.§.editiones. Exponi debere, ſiue capi large taliter ꝙ edi debet, et ſine inditione. Annis domini, loco tempore, nominibusꝗ teſtium, &c.quæ ponūtur per Notarium in fine Inſtrumenti.dum dicit, actum, & publicatum. Cuius opinionem obſeruari vidi aliquibus in locis. De Iure igitur omnia edentur. Excepto die & conſule, in quibus Inſtrumentum ipſum (non dico Exemplum) cōfectum fuit, hoc eſt Contractus habitus pro abſoluto. Iuxta.l.Cōtractus. C.de fide Inſtr. Nam nō edētur, ne quid fraudis excogitetur edito die, & cōſule.& prælato die fiat, dicit tex.in.d.§.editio nes.ff.eodem. Quod intelligitur ſiue Reus editionem petat ad probandam exceptionem ſiue actor ad replicationem, vt omnes in.d.§. Item etiam vbi actor fundare vellet intētionem in caſibus permiſſis. Quicquid dixerit Alex.in.d.§.melior opin.aliorum quos ibi recitat mihi videtur, verum puto ꝙ ſi actor peteret vt Iudici edatur, erit edēdus, vt videat an ipſi actori debeat edi.per poſita per Alex.in.d.l.quædam.dū allegat.not.in.l.prætor.quicquid iſdem poſtmodū dixerit. ¶ Concluſio modo noſtra primo limitatur ne procedat vbi quis exegerit Exemplum tale, vt commune pro me ſicut pro ſe.arguméto.l.Si quæ ſunt.ff.famil.herciſc.&.l.procurator. C.titulo noſtro. Nam & diem edere debet. ¶ Secundo limitatur vbi præfatum exemplum eſſet in totum meum, & peterem vt exhiberetur quia vellem id vendicare, vt in.xi.fallen.

diximus. Ita glo. in. d. §. & probarem p ſupra poſitam limitationem, nam ſi quando pro parte tāto fortius quando in totum, argumento. l. quæ de tota. de rei vēdic. Quæ limitatio ꝗuis vera ſit in ſe, vt per Bar. Ang. Alex. Iaſon. in. d. §. nō tamen apta hoc in loco videtur. ¶ Tertio limitatur vbi petēs editionem aliter deliberare non poſſet, ꝗ ſi dies ederetur. Sic Bar. & Guil. de Cunio in. d. §. Exemplarem, quia de falſo redarguere vellet. Puta dicendo ꝙ die & hora confecti Inſtrumenti fuit alio modo factum, nam probare hoc minime poſſet niſi exhiberetur. Sic Iohan. Faber. in. §. Item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipul. quem poſt alios Alex. ſequitur vbi ſupra. Sed actor talis cogetur per Iudicem obligare ſe ad pœnam extraordinariam ſi non probabit, nō talionis vt olim: ſic præfati, nec aliter admittitur accuſator, ſiue redarguens ꝗ ſi propriam iniuriam, & intereſſe ſequatur. Secundo exemplificarē in caſu quem Alex. ponit in. d. §. videlicet ſi dicerem, ꝙ in die cōfecti Inſtrumēti currebat moneta minuta, nūc vero eiuſdem nominis tamen groſſa. Tertio exemplificarem in alio caſu poſito ibidem per Alex. Si in Inſtrumento contineretur Ticium promiſiſſe hinc ad ſex menſes, nam cōſtare nō poteſt de die ſolutionis, niſi de die appareat Inſtrumēti confecti. ¶ Quarto limitarem vbi petens eſſet fiſcus, nam fraus in eo præſumi nō poteſt ſic a ratione ceſſante, præterea moueor per infra proximam rationē dum arguam a multo magis. ¶ Quinto limitarem vbi petens editionem eſſet yconomus pro eccleſia, vel Procurator pro ſtudio, dote, vel matrimonii validitate, aut miſerabilibus, & ſimilibus. Ex duobus ſimul moueor, Primo quia eis cōceditur quod eſt plus, videlicet vt petant ad fundandam intentionem, ergo dicendum ꝙ eſt minus vt edatur dies, &c. argumento Regulæ. Cui cōceditur, &c. de regul. Iur. Secūdo quia in iſtis non adeſt illa ſuſpitio vt cum procuratore fraudem excogitēt. de qua in. d. §. ¶ Sexto limitarē in Nauta, Caupone, Stabulario, cum ſimilibus de quibus diximus in fallen. xv. argumento. eorum quæ nup diximus de falſo iācto ꝗa cōtra iſtos mala præſumptio eſt. ¶ Vltimo limita vt per Bar. in. l. exempla. C. de ꝓbat. Quem Alex. ſequitur. in. d. §. vbi quis producit Inſtru.

procurationis nam dies edendus eſt, quia intereſt petentis, vt probare poſſit obtinuiſſe contra illius procuratorem. An autem & quãdo debeat edi in eo mentionatum videbimus. numero. 52. ¶ QVO autem tempore debeant Inſtrumẽta edi dicas, vt diximus in rationibus. verſic. quo vero, &c. ¶ ET quo loco edantur ſimiliter, vt in rationibus poſuimus. ¶ QVOTIENS Inſtrumenti editio fieri debeat vidẽdum eſt. Dic aut loquimur in Notario, & poterit edere pluries ſi voluerit, quia dominus eſt prothocolli, vt diximus in princ. Tractatus Inſtrumentorum verum ꝙ Alex. in. l. veluti. §. hæc vox. ibi & cõcluſiue, contrarium tenet quia pars altera dicere poſſet, ꝙ conſenſu partium Inſtrumẽtum illud fuit caſſum, vnde tenet ne edatur ſine cauſæ cognitione citationeq; partis. Cui reſponderem ꝙ allegatio talis non fit coram notario, ſed Iudice exequutionis ad quã impediendam amittitur exceptio litis finitæ tranſactionis aut caſſationis, vt per Doct. in. l. cum mota. C. de tranſac. vnde Notarius interim nõ impedietur diſponere de re ſua. Sed ſi querimus an debeat, dicas nõ ſine cauſæ cognitione in qua nõ puto neceſſariam citationem partis. ſed cognitio fit propter Notarium ipſum edere nolẽtem. Sic intelligo. l. ſi quis. §. prætor ait. ibi. ei qui iterum, &c. & textum in. l. veluti. ff. eodẽ. & ſi pars cõpareret ad impediendam editionem non audiretur cum ſua nõ interſit iterum parti non edi, quod ſemel editum fuit. Si modo ſit idem Inſtrumentum eodem tempore locoq; confectũ, pro quo allego cõſiderata per Alex. in. d. l. veluti. §. hæc vox. ibi & licet primum, aut loquimur in eo qui pro ſe Inſtrumentum a Notario exegerit in caſibus quibus edere tenetur. Iterum edere nõ cogetur ſine cauſæ cognitione. nam cũ Notarius nõ teneatur, vt vidimus, qui tamen ordinario Iure tenetur edere ſemel. multo minus iſte ſine cauſæ cognitione, qui nec ſemel regulariter tenetur, & ſic dicam in tertia perſona ad quam aliquo modo perueniſſet faciunt quæ infra dicã de actis. verſic. Queramus. Vnum verbum præterea dicerẽ, ꝙ licet incendium domus fiat plerunq; culpa inhabitãtium, vt in. l. pen. ff. de officio præfec. vigil. ex quo acta ſemel edita combuſta fuerũt, nihilominus non attenditur talis culpa

quin iterum edatur, niſi culpa fuerit ad caſum ordinata ſiue latiſſima, quæ dolo equiperatur. l. ꝙ nerua. ff. depoſiti. cũ vulg. ❡ C V I V S expenſis editio fiat Inſtrumentorũ dici
ponit ſi ſtaret. Quod indubitate procedit ſi a principio ambo confecti eſſent. vt in. l. i. verſic. Sed ſi duobus. ibi. vtrunq; extet. ff. de ſecund. tabul. Idem etiam & ſi nõ a principio crederem per. d. l. ii. & intelligas vt in ſecũda fallentia ſuperioris Regulæ dixi. ¶ Etiam aliter hoc in loco dicam, & quilibet parcat. nunquam Baldi auctoritas mihi placuit niſi lege, vel ratiõe corroboraret. Videmus. n. infinitis in locis ſibiipſi cõtrarium. vnde cũ ad diuerſa, & contraria tẽderit. & ſi poſt Bar. reputetur primus. tñ dum de ſola loquimur auctoritate potius in iudicãdo ſtarem alteri bono ſcribentium q̃ Baldo. arg. Notatorũ per Bar. in. l. in ambiguo ab omnibus approb. ff. de rebus dub. dum loquitur de lege plures intellectus habente. ¶ ALIVD Videamus quando exemplum a Notario minime ſcriptum eſſet ſed ſubſcriptum an ei credẽdum ſit. Ang. & Alex. in. l. ſi quis ita ſtipulatus. in. §. griſoghonus. colu. ii. de verbor. obligat. & in. l. cum antiquitas. C. de teſtamen. Bal. in auc. contra qui propriam. C. de non num. pecu. Decius & cõmuniter. in auc. ſi quis. C. titu. noſtro. Dicũt affirmatiuam. Quia qui ſubſcripſit in effectũ ſcribere dicitur. vt in ſimili dicit Bar. in Rubr. ff. ſolut. matr. ¶ Non obſtat Iacobus in auc. d. Motus. ex. l. ſi ego. in. §. dotis. ff. de iure dotium. Quia quamuis ibi ponatur dictio denotans improprietatẽ, i. deſt, velut. vt notat Bal. in. l. penul. C. de interdic. matrim. tamen exprimit quandoq; veritatem; vt ſuadet ſubiecta materia. l. quotiens. ff. de Iure dot. ¶ Addo tex. in terminis. in. d. l. i. ff. de bon. poſſ. ſecũd. tabul. in verſic. Sed ſi vnũ. ibi quaſi, ꝙ eſt expreſſiuum veritatis, vt patet in ſequentibus ibi. ſi vero id ꝙ exemplum erat, nec puto ſimile melius dari poſſe. Secundo Decius dicit ꝙ quamuis impropriam ſignificationem denotaret eſſet reſpectũ ſcripturæ, ſed cõſenſum & effectum reſpiciendo ſcribere dicitur ille qui tantummodo ſubſcripſit, ſicut ille qui ſcripſit in totum.

63 ¶ TRANSEAMVS Ad exemplum priuatum nulla Iudicis auctoritate cõfectum per priuatam perſonam, & regulam tradũt oẽs in auc. præfata, vt minime probet. ¶ Fallit vbi contra exemplantem produceretur. Bar. & Alex. ibidem, per tex. in. l. in fraudem. §. neq;. ff. de Iure Fiſci. ſic Ang.

in corpore. vnde. ſumit auc. d. Dicit tex. in. d. §. neq; inſtrumenta, neq; acta a quoq; aduerſus fiſchum edi oportet. Idem autem fiſchus actorum ſuorũ exempla hac conditione edit, ne is cui deſcribẽdi ſit poteſtas, aduerſus ſe vel rempublicam his actis vtatur. de quo cauere compellitur, vt ſi vſus his cõtra interdictum fuerit a cauſa cadat. ¶ Modo concluderem cõtra Bar. quia tex. id non probat nam ſi Bar. verum diceret ſequeretur, vt in illo textu neq; cõtra alios probaret exemplum, ſecundum Decium in auc. d. & tamẽ ibi patet contra alios probare, vt colligit ex verbis ibi. ne is aduerſus ſe vtatur. Quaſi dicat ſed ſolummodo cõtra alios. Alias ſi contra alios illo vti nequiret. fruſtratorie peteretur exemplũ, & reſpondet ꝙ ibi dabatur originali petẽti, vt is idem exemplaret, vt patet ibidem in verbo. cui deſcribẽdi ſit poteſtas. nec mirum dicit. ſi originale ipſum vocet exẽplum. Quia de hoc alias eſt tex. in. l. ſi vnum. C. de teſtam. ¶ Ad textũ in. l. procurator. C. titulo noſtro ibi. vt id fiat præcipiet. Reſpõdeas ꝙ loquitur cautę nam dicit proferri, non dicit ꝙ parti detur, & eum inlelligo, vt oſtẽdatur Iudici. & dũ ibi dicitur deſcribendi poteſtas intelligo mediãte perſona publica, ꝙ autem ibi. originale detur parti. videretur abſurdum, vt fiſchus vni cõtra alterum originale daret. Item originalia non amouentur ab actuario, vt Alex. cum alleg. in. l. ii. circa princ. C. titulo noſtro. Intelligas ergo tex. ſecũdum glo. ibi. in verbo vtatur. dum dicit exempla ibi publicata fuiſſe. ¶ Faciunt ſuperiora verba ibi. neq; Inſtr. neq; acta. nam de autenticatis exẽplis non de originalibus intelligi debet. cum non amoueantur, vt dixi, ſimiliter in ſequentibus dicetur de autenticatis. Argumento. l. argentarius. in. §. Si initium. ff. eodem. & l. heredes palã. in. §. Sed ſi notam. ibi vicinis ſcrip. ff. de teſtam. ¶ Non obſtat ibi tex. in verbis his actis vtatur quia cum exẽpla actorum fuerint publicata ſatis acta dici poſſunt, quia minorem non habent fidem, nam eſt nouuum originale, vt ſupra dixi, dum incepi. Secundo principalis, &c. Itaq; Deciũ ſequor in intellec. §. præfati. & etiam dum dixit fallentiam in ſe veram. ex ratione quia tradens exemplum cõſentire videtur, ſicut qui tradidit Inſtrumentũ, vt notat Innoc. in. c. cum

venerabili de excep.facit tex.in.l.cum precum. C. de liber. cauſa. ¶ In qua re tu aduertas fallentiam reſtringi tantummodo ad exemplum traditũ volũtarie cõtra tradentem vbi tradens ipſe ſolummodo exemplum habere profitebatur. ¶ Traditum intelligas iudicialiter, vt infra per Deciũ, & plene probat etiam quo ad alios contra tradentem, ſed ſi extraiudicialiter ſemiplene tantum. Videas omnino Hyppol. in Sing. 202. ¶ Si vero habere profitebatur originale tũc exẽplum & neceſſario per ſe traditum cõtra ſe plene probabit, non quia exemplum de ſe probet, ſed per cõſenſum partis in iudicio adhibitum, vt in. v. fallen. dicemus. ¶ Ex qua ratione inferrem ꝙ iſtis in caſibus nõ curabitur an exemplum tale ſubſcribatur a teſtibus, vel in carta perghamena ſcriptum ſit in locis quibus hæc requiruntur, vt extant Regni conſtitutiones. ſub Rubricis. de fide, & auctorit. Inſtr. & de Inſtr. cõficien. Quæ nota ad ſecundam fallẽtiam regulæ præcedẽtis. ¶ Ex qua etiam ratione infero ſufficere tacitam exempli approbationem. nam vt ſupra tacite nõ expreſſe conſenſit qui tradidit exemplum, & ꝙ tacita ſufficiat. Imol. tenuit in. c. fin. de fide Inſtr. per tex. in. l. ſi quis. in. §. prohibet. ff. eodẽ In quo textu nullam aliam dicit eſſe rationem niſi quia conſenſit exemplationi. ¶ Tu aduertas ꝙ loquutus Imola eſt nõ ſolum quo ad eum qui tradidit exemplum verumetiam, Qui recepit. ſed in hoc vltimo Decius Bartolum ſequendo reſpõdet cõtra Imolæ cõſequentiam. nam quia cepit exemplũ cõcludere non debemus, vt cõſenſerit in eo quod in ipſo continetur. Enimuero dici poſſet, ꝙ exemplationi conſenſerit, vt aſpiceret quomodo ſe haberet originale. Quadere cõſenſerit ſecundum exempli naturam quæ eſt vt minime probet. Ad tex. in. §. prohibet. Reſpõdet ꝙ ſi verum Imola diceret ſequeretur inter ſolos cõſentientes exemplum facere fidem. & tamen ibi. ſumitur, quo ad omnes. patet dum ex illo conficitur originale generaliter probans. Vnde cõcludit requiri cõſenſum expreſſum, nec ſufficere tacitum niſi adhibitũ iudicialiter. Puta quando per partem nõ opponeretur cõtra exemplum ex aduerſo productum. vt per Bar. habetur in. l. i. de relation. ¶ In hoc pũcto ſaluarẽ Imol. Aretin. & Socin.

vbi originale non inueniretur, & exẽplum per ſpacium temporis tale ſtetiſſet penes capientem. Infra quod commode opponere poterat nec reclamauerit, & hæc ſecũda fallentia ſit. Verum eo caſu non plene ſed ſemiplene probare tantummodo dicerem. quoniam nil aliud in effectu eſt q̃ confeſſio extraiudicialis. argumento. poſitorũ per Hyppol. in. d. Sing. 202. neq; curarem de teſtium ſubſcriptione, vt poſui nuper. tempus intra quod opponere poterat. arbitrarer. dierum decem. argumento. Notatorum in. l. ii. in. §. biduũ. ff. de appell. & eſt tex. in. auc. de appell. ¶ Rationem ſupra per Decium conſideratam. retorquerem nam ideo quia exemplum cepiſſe allegaretur. vt videret quomodo ſe haberet originale, ac intra commodum tempus minime proclamauerit, eſt dicendum, vt affirmauerit non aliter ſe habuiſſe, q̃ fuerit exemplatum, argumento. l. fin. & auc. ibi poſite. C. de non numer. pecun. quibus & addo dictum Innoc. in. d. c. cũ venerabili dicentis, ꝙ ſicut Inſtr. tradens conſentire videtur, Ita & recipiens quãdo minime contradixerit. hanc eandem opin. ſi aduertis quidam antiqui relati per glo. in. l. ſicut iniquum. C. de fide Inſtr. tenuiſſe videntur. ¶ Sed contra iſtã videtur tex. in. l. i. in. §. Sed ſi vnum. ff. de ſecund. tabul. ibi. non ideo magis exemplum probat quia fuerit originale amiſſum. Decius in fall. ſequẽti reſpondet ꝙ ibi factum erat, vt eſſet exẽplum. Itaq; non probat, aliter conſiderarẽ ibi exemplum eſſe a teſtatore factum non ad partis inſtantiam quæ per tempus re-
64 tinuiſſet, vt loquimur. ¶ TERTIO fallit vbi exemplũ reperiretur in archiuio publico exemplato per archiuiarium, vt dicit Corneus in conſil. 112. Tunc enim propter loci auctoritatem exemplũ probat. Sic Bal. Ang. Rom. Alex. & cõmuniter. in auc. ſi quis. C. titulo noſtro. ¶ Vbi per Decium limitatur procedere ſi exemplum ſimpliciter reperiretur nõ mentionando, ꝙ illud ſit exemplum. Sed ſi mentionaretur non probaret, quia pro exemplo repoſita cẽſeretur, cuius natura eſt vt minime probet. de quo videtur tex. in. l. i. §. Si quis duobus. ff. de ſecund. tabul. ¶ Dicerem tamen ꝙ in caſu hoc probaret cõtra illum qui exemplare fecit ſucceſſores'ue ſuos. quamuis ſcriptum reperiretur ꝙ illud eſt exemplum. nã cum

fuerit paſſus in Archiuio commorari, approbaſſe videtur?
& fateri ꝙ ſic neq; aliter ſe habeat originale. argumento. te-
xtus in.l.chirographis.ff.de admin.tutorum,& Rota in no-
uis in.x.in addit.& vide infra in fallē.v. ¶ Nec obſtat.d. §.
ſed ſi duobus.Quia ibi nō aderat cōfirmatio iſta. ¶ Quam
tertiam fallentiam procedere tātum intelligas in territorio
archiuii.Alex.Decius,& cōmuniter vbi ſupra, & vide Mo-
der.in.c.ad audientiam in Colū.iiii.de præſcript. ¶ Et pro
cedere intelligas de Iure communi quo non curatur de te-
ſtium ſubſcriptione,vel Iudicis auctoritate.vt in auc.de fide
Inſtr.§.ſed ſi Inſtr.& not.in.l.donatio.C.de donat. ¶ Si ve
ro per conſtitutionē ſubſcriptio requiratur concluderem ꝙ
non ſufficit per archiuiarum exemplari,niſi cōtra ipſum qui
exemplare fecit.& niſi alia conſtitutione, vel conſuetudine
caueretur,vt exemplata per archiuiarium probent. ¶ Quæ
conſuetudo,vt puto, probatur ex conſuetudine exēplādi,
nam ex eo quia cōſuetum eſt vt plurimum ꝙ partes,vel earū
vna Inſtrumentum a ſe cōfectum in archiuio exemplari cu-
ret iuxta.l.fin.C.quæ ſit long.conſuet.Sumitur & probatur
tanq̄ neceſſarium conſequens.vt cōſuetudo ipſa velit.exem-
pla dicta probare.ne alias dicendo ſequatur conſuetudinem
illam exemplandi reddi vanam,ꝙ fugere debemus.argumen
to.§.Conſtar.inſtit.de Iure natur.gen.& ciuil.iūcta.l.ſi.præ-
tor. ff.de Iudiciis. ¶ Si vero nō ſit conſuetum vt plurimum
& pro maiori parte.Inſtrumenta exemplari, vt ſupra,ſed in
archiuio quædam exemplata reperirētur tunc oporteret ali-
ter q̄ ſupra probare.Conſuetudinem eſſe ꝙ exēplata per ar-
chiuiarium probant.& ſic per ſentētias alias dictas ſecūdum
dictam exemplationem.argumento.l.i.in verbo controuer-
ſiarum.C.quæ ſit longa conſuet. & poſitorum per Afflic. in.
l.ſancimus.C.de Iure perthomis libr.in verſic. ſcriptum. &
not.in.c.Abbate ſane de verb.ſign.nam non ſufficit aucto-
ritas archiuii.Caſu in iſto quo ſpecialiter ſtatuto caueretur,
vel viridi conſuetudine,ꝙ exempla debeant ſubſcribi teſti-
65 bus vt probent. ¶ QVARTO Fallit in exemplo ver-
botenus exemplato Inſtrumento in actis per modum regi-
ſtri.nam regiſtrum fidem facit & ſi originale non produce-
retur.

retur. Alex. cum Allegatis. Decius & communiter. in auc. Si quis. C. titulo noſtro. & additur Bar. in. l. i. ff. ſi tabul. teſt. nullæ extab. & Bal. in. l. ſi vnus in fine. C. de teſtam. dum dicunt exemplum tale valere. Quamuis originale in aliquo vitiatum appareret. Puta in ipſo additũ vel detractum eſſet, quod perpetuo notare habes. ¶ Et per hanc fallentiam limitare debes conſtitutionem Regni ſub Rubric. de Inſtr. cõficien. diſponentẽ Inſtrumẽta nõ ꝓbare niſi ſcripta in perghamenis. bene verũ crederem ꝙ ſtante dicta conſtitutione, in Regiſtri exemplo debeat etiam inſeri per actuarium qualiter exemplatum fuit ex Inſtr. ſcripto in perghameno, cuius tenor verbotenus

66 nus ita ſe habet, &c. ¶ QVINTO fallit vbi pars minime oppoſuerit. Fulg. in. l. procurator per illum tex. C. titulo noſtro. Contrarium tenuit Iohan. de Monte ſperell. in auc. eodem titulo. & ſequitur Socin. per illum tex. generaliter loquentem ſtante lectura ꝙ loquatur de exemplo. vt ibi ꝑ glo. Decius concordat ꝙ ſi apparet in actis exemplum eſſe productum ſupplere poterit ex officio Iudex, id repellendo cum ſuppleat in notoriis glo. in. c. i. in. verbo publico. de except. in. vi. & notorium eſt quod colligitur ex actis Innoc. in. c. Ex inſinuatione. de appell. ſed ſi Iudex nõ ſuppleuerit neq; pars oppoſuerit. illi acquieſcere videtur ſic ſtabitur exemplo, non quia probet, ſed per cõſenſum partis in iudicium adhibitum. argumento. l. optimam. C. de contrah. & cõm. ſtipul. ſic Fulgoſium ſaluat. ¶ Et hæc nota quia cum fundentur in conſenſu partis non cõtradicentis. locum habebũt, & ſi exemplũ eſſet ſine teſtium ſubſcriptione vel exemplatum ab Inſtrumẽto non pergameno in locis quibus hæc requiruntur. ¶ Cõſenſum partis tunc adhibitũ dices cum non apponendo ſciẽs peruenerit ad ſequentem actum, vel ſi nõ peruenerit ſat eſt. ꝙ ſciuerit & non oppoſuerit. argumento. l. cum oſtendimus de fideiuſſionibus tutorum. & l. de ætate. §. qui interrogatus.

67 ff. de interrogatoriis actionum. ¶ SEXTO Fallit quo ad aliqualem præſumptionem. vt per glo. in. l. ii. C. de fide Inſtr. in libro meo eſt in. l. ſicut iniquum dicens ꝙ Iuramentum ſuppletorium dabitur ſic Bar. & Decius in auc. d. Quicquid voluerit Bal. in. l. Bonefidei. col. penul. de rebus credit.

N

Cui Decius reſpondet ꝙ quis teſtis de auditu minime probet nihilominus facit aliqualem præſumptionem, vt p Rom. in.l.Si vero.in.§.de viro.ff.ſolut.matr.Paul. in conſil. xvii. Incip.in cauſa quæ vertitur col.x. cum aliis vt per Decium vbi ſupra. Subdens non habere locum in eo qui produceret exemplum & originale nollet exibere quod nota. ¶ Et fallentiam tunc approbarem cũ ab aliquo bonæ opinionis exẽplatum eſſet.& nihilominus eo caſu non dari ſuppletorium Iuramentum, ſed ꝙ ex eo præſumptio talis qualis oriatur. ſicut ex teſte deponente de auditu. Nam qui exemplauit nõ iurauit. ſic non plus operabitur q̃ teſtis vnus abſq; Iuramento. non igitur ſuppletorium dabitur. ¶ Sed ſi per duos notarios quibus non commiſiſſet Iudex officium notarii mortui, exẽplatum fuiſſet bene ſuppletorium poſſe Iuramẽtum dari. ſic Bal.in Rubr.C.de fide Inſtr.in.ii.colũ.verſic.ſed dubitarur, & ibidẽ per Abbatem.& Decium,& Alex.in conſil.9. incip. circa dubitationem.& etiam per vnum notarium mẽtionantem ſe recognouiſſe litteram Inſtr.de manu notarii mortui. & verbotenus in eo contineri vt exemplat. nam cũ dicimus de ſuppletorio Iuramẽto præſupponimus paruam ſummam. Sed ſi duo Notarii eſſent, vt ſupra dictum crederem dari, & in magna ſumma iuxta tradita in.l.admonendi.ff.de Iur.Iu. & per Hypp.in Sing.17. ¶ Quæ procedere puto de Iure cõmuni, vt in Regula Doctores loquuti fuerunt ſed ſi eſſemus in Regno. vbi ex.d.conſtitutione teſtes ſubſcribi debent. ſine ſubſcriptione illorum nec ſemiplenam neq; aliqualem præſumptionem faciet exemplum,& p mille notarios exemplatum.
68 ¶ QVERI nunc poſſet an exẽplum exempli probet Doctores in.l.iii.C.de diuerſ. reſcript. communiter tenẽt negatiuam, quis Iudicis auctoritate fuiſſet exemplatum, Dicit.n.Bar.in auc.dicta ꝙ quamuis Iudicis auctoritas operetur dum extrahitur ab originali non tamen ſequitur quando extrahitur ab exemplo,& ibidem eum ſequitur Decius.& ob hoc vidi quamplures exempla extrahere plura ab originali ne(ſi originale deperiret) copia probandi ſibi deſit. Quicquid ſit cum Bar.tenerem vbi originale non eſſet amiſſum. Sed ſi deperiſſet. ꝙ tunc aut exẽplum fuit extractum ab ipſo

met notario originalis,& quoniam dicitur alterum origina-le,vt diximus in verſic.Oportune.& in verſic.Veniamus.ibi. Tertio fallit.Poterit exemplari, quod ſecundum exemplum bene probabit vbi recte cum Iudice,&c.ſit extractum.Si vero primum ſit alterius notarii nō eius qui confecerat origina le non aliter ex eo crederem exemplum probans extrahi poſſe,q̄ ſi primum illud vetuſtate,vel caſu fortuitu taliter conſumptum ſit,vt à pluribus exiſtimetur, ꝙ illegibile breui tēpore ſit remanſurum.Eo enim caſu ſecundum exēplum extractum Iudicis auctoritate probabit. Nam & ſi receditur a Iuris Regulis ne veritas depereat prateritorū propter quod vt ſciantur antiqua toleratur probatio per coniecturas,eadē ratione dicemus prouideri poſſe ne veritas depereat in futurum,argumento.l.illicitas.in.§.veritas. ff. de officio præſid. & hæc potius renouatio q̄ exemplatio dicetur.

ANTONIVS DE MATTHEIS IN ACTIS.

AGGREDIAMVR Tertium Principale Membrum itaq; de
69 Actis.Videndū Acta quæ ſint.Quomodo fiant. Quæ ſint publica. Quæ publicāda,& edenda. A quibus.Quibus. Et quæ facta inter quoſdam fidem faciant inter alios. De qualibet fide & effectu actorū. Quomodo actorum editio fiat. Quotiēs actorū editio fieri debeat. Quo tempore,ſeu qua parte Iudicii. Quod erit officium Iudicis contra edere nolētem. ¶ Vnde ſcias differre a geſtis. Actorū enim nomen generale eſt,vel verbis quid agatur. vt in ſtipulatione,ſiue re,vt eſt numeratio pecuniarum. ¶ Geſta vero dicuntur quæ ſine verbis fiunt. eſt tex. in.l. Labeo la.ii. ff. de verborum ſignific. ¶ Non tamen acta prout ibi. Sed hic ſumemus pro ſcripturis,quæ coram Iudice fiunt.glo.Bal.in.

l.illud.C.de ſacr.ſanc.eccleſ.eſt tex.cum glo.in.l. de Curatore.ff. de Curat.bon.dān.ſic textus in.l. ſiue apud acta. C. de tranſac. ⁋ Quod verbum.acta.ſi ſumitis abſolute.Comprehendetis nō ſolum quæ in.c. quoniam cōtra. de probat. ideſt Citationes,Dilationes,Recuſationes,Exceptiones,Petitiones,Reſponſiones,Iterrogationes,Cōfeſſiones, teſtium Depoſitiones, Inſtrumētorum productiones,Interlocutiones,Appellationes,Renūciationes,Concluſiones, & cætera, quæ in cauſa occurrerint.vt dicit glo.in.l.acta. ff. de Re Iudic.Sed etiam quæ nec in figura Iudicii fuerint facta.Bal.in.l.Interrogatam.C.de liber.cauſa. ⁋ Sed ſi queritis quæ ſint acta Iudiciorum.Sic adiūcto verbo Iudiciorum. Dicas poſt litis conteſtationem,nam iudiciū a litis conteſt.propriè initium capit.Ita Decius in Rubric.poſt glo.in.l.i.C.de Iudic. pro quibus mille cumulat Alex.in.d.l.ii.C.titul.noſtro. vbi Decius ꝙ quæ fiunt ante conteſtationem dicūtur potius præparatoria. ⁋ Item acta dicuntur quæ coram arbitro fiunt ad inſtar enim Iudiciorum arbitria redacta fuerunt.l.i. ff.de arbitr.Alber.in.d.l.ii.Specul.de Inſtr.edit.§. nunc dicamus verſic.ſi ſententia. ⁋ Et aduertendum,quia quamuis nō ponatur in.d.c.quoniam.tamen ſententia comprehēditur nomine actorum, vt per glo.& Bar.in.l.in fraudē.in.§.ſed neq; ff.de Iure fiſci.Bal.in.l.ii.C.vt lite pendent. Lanfrāc. in.d. c.quoniam.vbi Decius. ⁋ Non prætermittam ꝙ poſitū eſt per Decium in.d.l.ii.C.tit.noſtro.poſt Innoc.in.c.cum Iure.de offō delegat.Dicunt ꝙ nō Inſtr.ipſum, ſeu aliud quod producitur dicitur de actis, ſed eſt productio ipſa. Dicas tu ſimul cum Inſtrumenti tenore, etiam ſi nō eſſet in actis deſcriptus dum ſubſtantia deſcripta ſit,quicquid dixerit Fulgoſius.Recitatus per Alex.in.l.ſi legatum.ff.eodem. Nam qui producit aſſerit quod eſt facti,vnde edi debet, ſicut productio ipſa ad hoc vt ſuper facto veritas inueſtigetur.d.l.ii. ſic intelligo verba Inſtrumentorum productiones in.d.c.qm̄.

70 ⁋ MODO, Si queris quomodo fiant acta. Dicerem per actum trium perſonarum,ſcilicet Actoris,vel rei.Iudicis recipientis,& notario committentis, vt ſcribat. quamuis vna cōmiſſio pro omnibus a principio ſufficiat,Bal.in auc. Quæ

ſupplicatio.C.de precibus Imperat. offerem Alex. in cõſil. 102.Viſo.col.iii.libr.ii.& in conſil.43.in.2.dub.quẽ omnino videas,nec de commiſſione Notario crederetur niſi aliter appareret.vt per Decium in.l.ii.C.titulo noſtro.poſt Iohã. Andr.in Regul. cum quid,libro.vi. ¶ Vnde quia vides in actis cõficiendis concurrere duas publicas perſonas. Iudicẽ videlicet,& Notarium cuius etiam Iudicis perſona dicit̃ publica.vt eſt tex.in.l.ii.in verbo.publico.ff. ad exhiben. ſicut & notarii,vt in.d.c.quoniam & meliorem do textũ. in.§. cũ autem inſtit.de adopt.Ideo acta de quibus loquimur publica dicũtur.large loquendo propter publicarum perſonarum auctoritatem.vt Alex.& Decius.in.d.l.ii. C. titulo noſtro. Subdentes ꝙ quamuis nõ per notarium ſcriberẽtur, ſed per idoneos duos viros,de quibus in.d.c.tamen quia de publico habent auctoritatem nam a publico cõſtituuntur,ideo,& eorum acta publica dicentur. ¶ Si tamen proprie ſtrictoq; modo ſcire velles quæ publica ſint.Alex.& Decius colligunt.ex l.in fraudem.§.ex his.ibi.acta etiam ad ius priuatum pertinẽtia.ff.de Iure fiſci.& in.§.ſequẽt.videlicet publica dici.Quorum intereſſe principaliter pertinet ad rem publicam.Priuata vero ad perſonam priuatam ſic habes primã actorum diuiſionem. ¶ Secunda diuiſio eſt quæ conuenit tam publicis q̃ priuatis illa videlicet quia quædam ſunt publicata, quædã non publicata.Publicata ſunt quæ per Iudicẽ publicari, ſeu propalari partibus mandatum eſt.de quibus.loquitur glo.in d.l.ii.in.v.legatur.C.titulo noſtro.& quamuis de teſtibus tãtum exprimat.Nihilominus & in omnibus actis dicitur idẽ, & ſi teſtium dicta ſerius publicentur q̃ aliorum actorum. vt quotidianarum comparitionum quæ ſtatim per Iudicẽ partibus publicari iubetur. QVERI nunc poſſet an publi-
71 catio ſit neceſſaria conſequẽter an acta debeant edi quia & nõ publicata probent.Cõcluderem ꝙ aut loquimur quo ad Iudicem,aut reſpectu partis. ¶ Primo caſu ſiue loquimur de Iudice apud quem confecta fuerunt,& neceſſaria non eſt,q̃m reſpectu eius ſemper publicata dicuntur.Notatur in.l.geſta. ff.de re Iudic.eſt tex.in.c.cũ clamor.ff. de teſtibus. ¶ Item nec reſpectu Iudicis ad quem.Cum ad eum & non publicata

debeant trāſmitti.terminis in quibus cauſa reperiretur. poſt q̃ Iudici a quo fuerit inhibitum & mandatum.toto titulo.ff. &.C.de appell.dummodo ſit fundata Iuriſdictio Iudicis ad quem,quod euenit vbi appellatio apud eum fuerit iuſtificata,videlicet infra decem dies appellatum fuiſſe.iuxta tex.in. c.Romana.in·§·Si vero de appell.in.vi.vel aliter, vt notat ibidem in verbo.Simile.& ex cauſa. de quibus & quomodo procedat vide in antiquis deciſion.xi.cum addit. quod vltimum limito infra verſic.ſequitur videre. ¶ Item nec reſpectu aliorum Iudicum de quibus dicemus infra quibus edēdus ſit. ¶ Secundo Caſu Bar.in.l.ſolā.C.de teſtibus. Dicit publicationem neceſſariam eſſe,etiam vbi ſummarie ac de plano procederetur.Hoc tamē vltimo caſu quando petita fuiſſet.glo.in.c.fin.de heret.in.vi. Matheſil.in ſing. 38. Quem vide cum apoſtill. ¶ Neceſſitas tamen non eſt ſubſtantialis adeo ꝙ ea omiſſa ſententia nulla ſit,vel acta nō probent.ſed eatenus extendit ſe quatenus appellationis grauamen remoueatur. Alex.in.l. diuus.ff.de Re Iudic. nam ex quo partes acta videre non debent,niſi mediante publicatione, vt per Bal.in.d.l.ii.titulo noſtro.per.l.ſi quando.C. de teſtibus. & eſt tex.in.d.l.ii.ſecūdum Doct.intelligētiam(Propter quod ibi.Lancellot.& Aquenſis inferunt notarios reuelantes dicta teſtium ante publicationem incurrere falſum)Ideo ſi nō publicaretur pars grauata remaneret,quia opponere nequiſſet ſeq; defendere a ꝓpoſitis per aduerſam partem.¶ Facias igitur concluſionem. ꝙ publicanda ſunt acta per notarium de commiſſione Iudicis cōmittere debentis,tam ciuilia q̃ criminalia.ne pars grauet neq; ſibi iuſta cauſa querelādi detur. CONSEQVENTER Parti ſunt edenda, vt in.l.ii. C.titulo noſtro. ¶ Et hoc vltimum fallit.Primo in interrogatoriis, in quibus teſtes aduerſæ partis petūtur examinari. Nam publicari non debent tanto minus edi,ne ſuper his teſtes inſtruantur,quod dicturi eſſent glo.in.c.ii.in verbo.Interrogatoria de teſt.in.vi.Bal.in.l.data opera,xi.col. C. qui accuſ.non poſſunt. Decius in.d.l.ii.cū ſuis allegat. ¶ Quod limitatur,ne ꝓcedat in Interrogatoriis ſuper quibus aduerſarius ipſe interrogari petat.Purpur.in.d.l.ii. cepit ab Alex.

in auc. Iubemus in.i.col.C.de Iudic. Sed mihi videť ꝙ hæc ſuperflua ſit nam clarum eſt interrogari non poſſe partem, niſi publicetur eidem ſuper quo, &c. Sed ſalua vt hæc intelligatur de copia danda non de ſola publicatione, finaliter limitationem hanc reſtringas ad caſum in quo aduerſarius interrogandus non eſſet producturus teſtes. Eo.n. caſu non dabitur ſibi copia. Quia ſub vmbra ſuæ interrogationis habendo copiam poſſet inſtruere teſtes.argumēto.l. nō dubiū. C.de legibus. ¶ Fallit ſecundo in allegationibus Iuris.quia copia eorum parti neceſſario dari nō debet. Sic nō edentur. Rom.in ſingul.262.Incipit fui Interrogatus.ex dicto Inno. in.c.per tuas. de teſtibus.Decius & nouis in præfata.l.ii.ſed Iaſon ibidem cōtra, motus ex prathica Papiēſi in forma petendi copiam Inſtrumentorum in princ. Addit ꝙ quia allegationes producuntur in actis.c.dudum.de elect. Acta vero edi debent. vt in.d.l.ii.igitur, &c. Reſpōdet Innocētio ꝙ loquatur de interrogatoriis. Decius concordat ibidem ꝙ aut allegationes Iuris in actis productæ fuerunt, & edi debēt. vt per Iaſon.aut productæ nō fuerunt, & Inno.bene dixit, nec loquutus eſt de ſolis interrogatoriis. vt patet ex ratione ſua. ad.c.dudum, & ad.l.i.Si ex falſ.inſt.dicit ꝙ loquuntur in allegationibus facti. Item loquuntur conditionaliter ſic mini me probant vt allegationes in actis inſeri debeant. Alia Ratio dabať in.d.prathica ne videlicet per falſas allegationes Iudex circumueniatur. Cui reſpon. Afflictus in conſtit. Regn. Incip. dāna Clandeſtina.in.xii.col. Dicens ꝙ Ius eſt ſemper certum ſic tenebat contrariam opin.ſed non reſpondet ad primā, videlicet quia ſunt effectæ de actis, & acta edi debent. ¶ Finaliter cum Afflicto poſt alios tenerem in allegationibus Iuris vt neceſſario edi nō debeāt, quamuis inſertæ fuerint in actis ſecus in allegationibus facti. Quoniā ex his Iudex poſſet circumueniri. Ideo caueant Aduocati ne cum allegationibus Iuris immiſceant allegationes facti. quia occaſione illorum, & omnes edi deberent. argumēto. tex. in. § ꝙ ſi cōmode, inſt. de officio Iudic. & .l. in modicis. ff. de contrah. emption. ¶ Tertio fallit in Inditiis habitis ante inquiſitionem pro informatione Curiæ, nam publicari nō debēt.

ex duabus rationibus prima quia caſu in iſto ratio ceſſat cur publicatio fiat, nam hæc non præiudicāt niſi parte citata repetantur. Bar. in. l. fin. ff. de queſtion. Ang. in. l. ſi vacātia. C. de bon. dānat. Decius in. d. l. ii. & in. d. c. i. ac videas Hyppol. in. l. i. ff. de queſtion. num. 7. Ex hac itaq; ratione poteris inferre, ꝙ vbicunq; acta talia eſſent quæ non poſſent præiudicare, puta impertinentia. Edi neceſſario nō debent. Secunda ratio eſt quia ſi ederentur ſuper his teſtes inſtruerentur, ſicut ſupra diximus de interrogatoriis. ¶ Quarto fallit in poſitionibus depēdentibus a facto proprio, nam eorū copia non dabitur aduerſario, ex quo ſtatim reſpondere tenetur. Bal. in l. ii. C. vt lite penden. Alex. in. l. ii. C. titulo noſtro. rationem aſſignans ne videlicet inſtruatur ab aduocato. Contra notata in. l. ii. vbi Doctores. C. de Iuram. calū. Quod Lācellot. in. d. l. ii. titu. noſtro bene limitat. ne procedat ſi propter ſimplicitatē partis timeretur ꝙ in reſponſionibus capiatur. Tūc enim Iudex permittere debet ꝙ indiſcreta perſona per aliū explicet factum ſuum. Cum reipublicæ interſit ne ſua re quis male vtatur. §. ii. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel, &c. ſic Abbas, & Innoc. in. c. paſtoralis. de Iudic. ☞ Ex qua ratione crederem, ꝙ ex officio Iudex habeat prouidere. ¶ Quinto fallit ſecundum Decium in. c. i. de probat. in eo, qui dum acta conficiebantur erat præſens. fuitq; negligens in actorum copiā recipiendo. mihi non facit moueor per eundem Decium. in d. c. in. v. ampliat. Regulæ quæ ſe habet ꝙ acta debent edi. nā ibi Decius ampliat. & elapſo termino dato ad copiam recipiendā edi debere. & in hoc tenet differre ab inſtrumentis. fateor ꝙ iterum non dabitur terminus, ſed tamen copiā dari debere publicatorum. ¶ Sexto fallit in his actis quæ ab aduerſario ſuis ſumptibus fuerint exacta nā edi nō debēt. argumento. l. nimis graue. ff. de teſtibus. & l. qui accuſare. C. tit. noſtro. Alex. in. d. l. ii. in. ii. colū. Quod limita vt infra dicam a quibus edendum ſit, & ponas hic omnia quæ ſuperius dixi de Inſtrumentis quæ ad ſuum tantummodo commodū quis exegerit.

72 ¶ VIDERE Nunc debemus a quibus acta debeant edi. Dixtinguas ꝙ aut loquimur de editione fienda ſuperiori, aut de illa quæ fieri debet inferiori, in .i. mēbro de-

bet

bet edi a Iudice a quo fuerit appellatum. Nam ex quo notarius acta publica edere nequiret niſi habita Iudicis voluntate, ſecundum Bal. Alex. & Decium in. d. l. ii. Quicquid ibidem dixerit Purpur. num. 28. (quod etiã procedere putarem in caſu iſto vbi acta publicata fuerunt. Ex ratione moueor quia publicata fuerunt, vt partibus tantum ederentur. argumẽto. regulæ de qua in. l. nõ omnis. ff. ſi cert. petat.) Ideo propter Iudicis volũtatem (quæ requiritur) dicere debemus, quod ipſe Iudex (dum aſſentit) edat. Itaq; copiã faciat deſcribendi. argumẽto. l. ii. ff. de orig. Iur. ibi oĩa noſtra facimus quibus, &c. ¶ Item edendum eſt a magiſtro actorũ. nam hoc eius officiũ eſt, argumento. l. argentarius. ff. eodem cum concord. multo magis quãdo notarius eſſet, qui dicitur ſeruus publicus, vt in auc. de tabel. ¶ Edendum etiam eſt ab appellato, quãuis illud in ſubſidium tantummodo fiat. Quando videlicet acta ipſa aliunde nõ poſſent haberi. Quia forſitan incẽdio, vel ſimili caſu deperdita eſſent. Fulg. Paul. Aret. & Socin. in. d. l. ii. Si vero fuerit culpoſus quia non recepit acta quæ poterat habere dic vt poſui ſuperius in Inſtrumentis num. 33. ¶ Et edi debet a quolibet ſucceſſore Notarii præmortui apud quẽ acta reperirentur, ex perſona nõ ſua, ſed auctoris. Purpur. in. d. l. ii. num. 15. argumento. d. l. argentarius. ¶ Inſuper ab oĩ alio apud quem acta quoquo modo reperirẽtur. vt ex his iudicare poſſit, nã Reipublicæ intereſt lites, vt dirimantur. c. i. de appell. libr. vi. clem. diſpendioſam. de Iudic. Quæ dirimi nequirent niſi acta inſpicerentur, quia ſententia non viſis actis nulla eſt. Bar. in. l. ii. C. de Iudic. Bar. & Alex. in. l. properandum. §. & ſiquidem. C. de Iudic. & videas Decium in. l. ii. C. titulo noſtro. vbi repertorium facit quãdo dicatur, nõ viſis actis, & hæc intelligas vt in fine artic. dicam. ¶ Edi quoque debet a prædeceſſore officii. Qui poſt functum officium dicitur & eſt inferior, ac ſucceſſori edere tenetur de hac editione loquitur. iii. lectura gloſæ. vbi Docto. in. l. ii. præfata. ¶ A delegato etiam Iudice debet edi, qui ad cognitionem tantummodo cauſæ ab ordinario maximis occupationibus impedito delegatus fuit. iuxta. l. primã. ff. de officio eius, nã poſt peractam cognitionẽm ordinario ipſi edere debet, diffi-

nire vt poſſit.de quo eſt quarta lectura ſecundum omnes in præfata.l.ii. ¶Et ab illo alio delegato qui ab ordinario reuocatus fuit.iuxta.l.Iudicium ſoluitur.ff.de Iudic. nam edi ab eo debet ordinario ipſi.eſt.vi.lectura.ad illam.l.ii.ſecundum nouiſs.quoſdam. ¶Nihilominus aduertere debes,quia prædeceſſor,vt ſupra,& Iudex delegatus ad cognitionem. Item & Iudex reuocatus quos modo narraui edere nō dicūtur proprie.Cum non ſolam deſcribendi faciant poteſtatem quæ dicitur editio,ſed immo dare debent originale proceſſum. ¶Quadere hoc in loco infero tertiam, quartam, & ſextam lecturas,non bene dari ad illam.l.ii. Quia intelligi debet,vt loquatur de editione ſecūdum ꝙ in titulo ſituata eſt. vt habetur per Bar.in.l.non ſolum.§.liberationis.ff.de liberat.legat.ab omnibus laudatum. ¶Dum vero dixi edi debere ab omni alio apud quem acta reperirentur. Vera editio eſt,nam ille alter non ſemper originalia ipſa Iudici tradere tenetur.Quid ſi apud eum depoſita,vel quoquo modo relicta fuerint.Ita ꝙ ea reddere teneať. pro certo nec Iudici tradet originale,niſi ad ſolam inſpectionem cum non tradere, ſua interſit. ¶Dici fortaſſe poſſet in iſto caſu ꝙ vbi notarius non inueniretur Iudex cogere poſſit acta detinētem relaxare,ac ea deponi apud archiuium, vel alium locum vbi ſcripturæ publicæ cōſeruantur. nam & Reipublicæ intereſt. talia conſeruari,vt lites dirimantur.d.c.finem litibus de Iudic.& in.l.properandum cum concordan.In his vltimis aduertas quia loquor vbi.non conſueuerunt acta relinqui per actuarium penes Rempublicam loci,ſed ſecum retineri. nā quādo penes rempublicam ſtare debent, prædicta non procederēt cum eo caſu non edere,ſed originale tradere tenetur is apud quem reperiatur. ¶Aut loquimur de editione fiēda inferiori.tūc dicas ꝙ a notario actorum edi debet eiuſꝙ ſucceſſore,ſuperius vt diximus.In quorū defectu (quia forſitan actuarius neꝙ ſucceſſor inueniretur)ab omni alio edi debet, etiam eo qui ſumptibus ſuis ad ſuum tantummodo cōmodū a notario habuiſſet.& ſi qui petit edi aduerſarius eſſet.Quod intelligas vt poſui de Inſtrumētis in articul.Qñ inſtrumenta quis edere teneatur quæ ad ſuum tantummodo commo-

dum,&c. & facias Regulam actorum,& fallentias prout ibi. ¶ Si vero non ab aduerſario nec ab eo a quo petitur, vt ad aduerſarius fiat edi petatur. Tunc ſi petētis interſit habere. Habentis vero acta edere non interſit edi debet,ex regula ꝙ tibi non nocet,& mihi prodeſt.l.ii.ff.Solu.matrim.de quo me ſupra vidiſtis in Inſtrumentis.in verſic. Hucuſꝙ, &c. Sed ſi habentis acta intereſſet ne edantur, Dicas ꝙ in omnibus caſibus quibus aduerſario edere teneretur, vt vidimus in Inſtr. verſic.nunc videndum. Tanto fortius iſti an autem interſit Iudex eſtimare habet, vnde notarius abſꝙ Iudicis licētia nō edet, Si vero petentis non interſit,non edētur. Sic ſaluarem Decium quem nunc dicam,ibi. Sed ſi de,&c.

73 ¶ SEQVITVR Quibus acta debeant edi. Dicas primo Iudicibus omnibus quos in præcedenti articulo diximus Indixtincte publicata nec ne fuerint. ¶ Et edēda ſunt actuario illi, qui caſu fortuito amiſit originale, iuxta.l.ſi quis.in.§. fin.ff.eodē. ¶ Sed ſi queris an debeant edi priuato. Dic aut loquimur de publicis publicatis, vt ſunt acta dicentia Bannum vel excommunicationem. Sic ad publicam vindictam, & etiam extraneo edi debent cuiuſlibet intereſt habere ipſa. Decius in.d.l.ii.C. titulo noſtro. Sic intelligit Bartolum in l.i.in.§.editiones.ff.eodem.probat per exemplū Bartoli. Sic etiam intelligit.l.in fraudem, in.§. Sed neꝙ.ff.de Iure fiſci. dum ex eo textu Capitur ꝙ fiſchus acta ſua cuilibet edit dūmodo aduerſus ſe non vtatur. Hanc ſuam ſequor concluſionem, vt procedat etiam nullo alio citato, ideſt nō citatis partibus. Quorum cauſa deuētum fuerit ad tale bānum. ¶ Sed ſi de priuatis publicatis. Decius ibidē vult ne omnibus quorum interſit edātur. Sed partibus tantum quorum cauſa cōfecta fuerunt. ¶ Sequor aliam opinionem ꝙ immo debeant edi omnibus quorū interſit, ex generalitate moueor. dicti.§. ſed neꝙ nec reſtringitur, vt puto, per exemplum Bar.& Decio reſpōderem, ꝙ non ſequitur acta ſunt fiſci, ergo publica ſcilicet talia in quibus publico intereſſe verſetur. ꝙ nō ſequatur probo per eūdem illum tex.ibi.neꝙ rempublicam. Si.n. ſequerētur, illud verbum inaniter poneretur quod abſit. igitur,&c. Quibus addo textum in.l. nō puto. ff. de Iure fiſci.

iuncta.l.i.ff.ſolut.matrimo.& hanc opin. tenuerunt Iohan. Andr.in Rubr.de fide inſtr. Alex.& nouiſs.i.d.l.ii.& Iaſon. in.l.prætor.in princ.ff.eodem. ¶ Intelligas tamen eam par tibus citatis,quia nō ſic ſimpliciter edeť extraneo cuius interſit,ſed cum dixtinc.verſic.ſupra proximi in fine,& eo mo do quo dicam in articulo. An.acta probatoria inter quoſdā facta fidem faciant inter alios,quam opin.Purpur.limitabat ne procederet vbi acta debitū confeſſatum continerent.debitori tunc edenda nō eſſe,quoniam allegaret liberationem de qua tex.cū glo.in.l.labeo.ff.de pac.ſed caue quia in.l. labeo datur originale. vnde debitum ſoluitur. argumento.l. clauibus.ff.be contrah.empt.in caſu noſtro remanet origina le penes actuarium quo mediante ſubſtentatur debitum vnde cogita. ¶ Secundo limitabať ne procedat in Inſtrumentis.Quia duo concurrere habent vt edantur. Vnum ꝙ petentis interſit. alterū ꝙ ea confici fuerit mandatum.vt per glo. in.l.prætor.in princip.ff.eodem. de quo Decius in. d. c.i. ¶ Tu dicas illud verum in ordinaria editione quæ tertio nō fit.Nos vero loquimur de editione extraordinaria, quæ tertio fit,cuius intereſt,& eorum quorum cauſa confecta fuerūt non intereſſet quominus edatur,& ſi intereſt dicas,vt in præ

74 cedenti verſic.in fine. ¶ ET Quoniam iudex habet extimare an petētis interſit iuxta.l.ii.C. titulo noſtro. Ideo hic examinare debemus, An & quādo acta inter quoſdam fabricata fidem inter alios faciant. poſtmodum videbimus quomodo & quotiens editio fieri debeat,& quid erit officium Iudicis contra edere nolētem cum reliquis opportunis. ¶ Ad Rem Bar.in.d.l.ii.Latius materiam exorditur.Dixtinguendo ꝙ aut querimus an ſit factum,aut de effectu facti. ¶ Primo caſu.Acta facta in vno iudicio non ſolum inter eaſdem perſonas probant.Sed etiam inter quaſcunqꝫ de mūdo.Puta ꝙ lis fuerit conteſtata,ꝙ teſtes fuerint citati, & ſententia lata fuerit,ſic an ſit factum(vbicunqꝫ de hoc quereretur)acta illa probarent.l.geſta.C.de re Iudic. Mouetur etiam quia hæc acta ſunt publica Inſtrumenta.Sic apud omnes faciunt fidē. Vnde ſi mihi quis in teſtamēto reliquerit. Si Ticius obtinuerit in Curia Romana,ſentētia pro eo ibi lata mihi prodeſt.

Quia nil queritur niſi an ſit factū.ex quo Bal. inferebāt ibidem. Quod ſententia lata ſuper excuſſione cōtra principalē debitorem fidem faciet contra fideiuſſorem, ſic perſonā extra Iudicium primum,& mouetur per.l.i.C.vbi cauſæ fiſcales.Sed Alex.in.d.l.ii.tenuit cōtra.ꝙ immo ſi fideiuſſor citatus non fuiſſet ex ea minime patietur.per.l.ſi deſerta.C.ſi ꝓpter publ.penſit.Idē poſt Bar.tenuit in.l.decem.ff.de verb. oblig.Ad.d.l.i.Reſpondet ꝙ ibi eſt fauore fiſci.Decius concordando in.d.l.ii.dicit Alexādri opinionē veram in fideiuſſore cōtractus. ❡Quod affirmo,& Baldi verā in fideiuſſore iudicatum ſolui.Sed in hoc vltimo aliter conſiderarem ꝙ aut ſimpliciter quis pro Martino promiſit iudicatum ſolui,nō aliter loquēdo,aut dixit pro Martino ſi Martinus Iudicatum ſoluēdo non erit.Primo caſu tenerem cum Baldo ſic loqui putarem Bartolum in.l.i.ff.Iudic.ſolui.patet ex.l. fin. C.de vſuris.rei Iudic.allegat.per eum. Quod aūt ſic illa loquatur probo dū caſum noſtrum equiperat mandatori. Sed mādator cōuenitur abſq; alia citatione.ff.&.C.de procur.& in titulo mādati,igitur,&c.Argumento.l. iam hoc Iure. ff. de vulg.& pupil.& hoc recte colligitur ex verbis Bartoli. in d.l.i.ibi.quid dicemus.dum dicit ex clauſula,ꝙ verbum ſonat,& ibi.Sed iſte qui in iudicio iam eſt cōfeſſus,&c. & pro hoc dicerem,eſſe caſum in terminis in.d.l.i. vbi tantummodo queritur an ſit iudicatum ſic factum. ❡Simile habes per Bal.in col.penul.& Ang.in.l.comparationes.C.de fide Inſtr.Nam in conficiendis litteris teſtimonialibus quē eſſe notarium publicum nemo citatur, & tamen quo ad omnes de mūdo faciunt fidem. ❡Aliud ſimile per Bal.in auc.ſi qua ꝑ calūniam.C.de Epiſc.& Cleric.Abbat.in.c. coram de officio deleg.& Decium in.d.l.ii.Si captus per Poteſtatem ſiue Capitaneum oſtēdat litteras clericatus Iudici ſuo ſtatim remitti debet, & tamen in his conficiendis nemo citatus fuit. Habes aliud per Bal.in Rubr.Res inter alios acta. nam ſi qs velit agere publiciana titulum probabit per contractum cū alio initum qui titulus facti eſt,& tamen dum contraheretur nemo citatus fuit. ❡Aut ſumus in ſecundo caſu per me ſupra conſiderato,tenerem cum Iac.Butric.& Rayn.per Bar.

allegatos in.d.l.i.& cum Alex.in.d.l.ii. Nam ad fideiuſſores non deueniri crederem illo caſu niſi ſuper excuſſione citati fuiſſent. Eorũ.n.intererat citari, vt excuſſionẽ bene fieri procurarent, an Reus principalis eſſet nec ne ſoluendus. argumẽto.l.de vnoquoq;.ff.de re Iudic.& intelligas de ſpeciali citatione, vt per Paul.poſt Ang.in.d.l.decem.quicquid Bar.ibidem dixerit de generali citatione, ſeu per edictum, nã illud verum ſi neſcirentur fideiuſſores, quod hic ceſſat.& hoc fortaſſe limitatur in fiſco, vt ſupra dixit Alexã, dum Baldo re-
75 ſpondidit. ¶ AVT Sumus in ſecundo principali, ſic de effectu facti.& per Bar.conſidera tria videlicet quædam eſſe acta litis ordinatoria, vt litis cõteſtatio, citatio, fideiuſſoris datio,& ſimilia. ¶ Quædam reſpicientia veritatis indaginem, vt dicta teſtium. ¶ Quædam litis deciſoria, vt ſententiæ diffinitiuæ, confeſſionesq;. ¶ Ad prima dicit, ꝙ in ſe habent quendam effectum qui reſpicit ipſam inſtantiam.& iſtũ effectum non habent in aliá inſtantia, etiam inter eaſdẽ perſonas.l.cum lite mortua.ff.Iudic.Solui.vnde perempta inſtantia opus eſt aliam inchoare, vt in.d.l.quam intelligas, vt probet in ſuis primis generalibus verbis. vſq; ibi.ideo.& cũ hoc tranſit Bar.in.l.ii.C.de fruct.& litis expẽſ.& etiam glo. in.l.properandum in §.Sed & quidem in verbo Iudic.C.de Iudic.& eſt communis opin. Declaratur tamen quo ad ſententiam ne videlicet ſuper his actis in futurum ferri poſſit. Abbas in.c.cauſam quæ.de teſtibus.vnde Decius in.d.l.ii. C.titulo noſtro notabiliter infert ꝙ ſi dilatorias exceptiones quas ante litis cõteſt.in.i.inſtantia nõ oppoſuerit.& ſic ea inſtantia durãte nõ amplius opponere potuiſſet.l.ita demum.C.de procur.opponere poterit in ſecunda ſi prima fuerit perempta, ex ratione quia litis conteſtatio primæ periit, nec effectum illud, ꝙ habebat (ne amplius exceptiones opponi poſſent) operari poterit in ſecunda. ¶ Ad concluſionem redeundo procedit niſi per principẽ acta inſtantiæ primæ cõfirmata eſſent. Alex.in.d.l.ii. per tex.in.c. præſentata ibi.huiuſmodi acta.vbi Abbas.de teſtibus.argumento.c.nouit.de Iudic. ¶ Sed aduerte ad.c.pſentata ꝙ verba illa huiuſmodi acta ſe referũt ad ſuperiora.ibi & actis omnibus re-

dactis in ſcriptis ex impreſſione ſigilli ſignatis, vnde tu vides ibi. Papam probatoria potius q̃ ordinatoria confirmare. Illudq; facit ſine partiũ præiudicio, vt ſumitur ibi. optione capitulo reſeruata. & eſt alter tex. in. l. fin. C. de teſtibus. ex quibus patet ꝙ Papa neq; Princeps vult parti præiudicari, & de hoc, vt puto, eſt caſus in. c. fin. de probation. ibi clareſcit ꝙ ſi partes litis conteſtationem in dubium reuocaſſent Papa cauſam nõ cõmitteret. Sed ſi hoc diceremus in caſu noſtro parti præiudicaret. Cui perempta inſtantia Ius queſitum erat. vt habes caſus in glo. d. l. cum lite. Quadere cõcluderem ne cõcluſio probetur in. d. c. præſentata. neq; vera ſit in ſe niſi vbi per principem diceretur illud ex plenitudine fieri, & ꝙ velit parti cui Ius queſitum erat præiudicare. Argumẽto notarorum in. c. innotuit de elect. inferremq; cõtra Purpur. in. d. l. ii. dum dicit concluſionem verificari, & in eo qui vices principis obtineret in territorio. Nam plenitudinẽ poteſtatis ad huc nemini vidi conceſſam, & etiam dubitarem concedi an poſſit niſi in caſu neceſſitatis puta in bello, & ſi de Principis poteſtate dubitare nõ debeamus, vt in. l. ſacrilegii. C. de diuer. reſcr. & de ſacrileg. ¶ Secundo cõcluſio ꝓcedit niſi acta poſt peremptionẽ primæ inſtãciæ per partes cõfirmata fuiſſet. Dñs Antonius, & Abbas in. d. c. Alex. in. d. l. ii. nam non obſtante peremptione facient fidem dummodo talia ſint qbus partes ipſæ potuiſſent renunciare. Ponunt exemplum
76 in Iuramento calumniæ. Dicas ꝙ quia ei non renunciatur expreſſe, ſed ſolum tacite, vt per glo. in verbo remitti. C. de Iuramẽ. calũn. libro. vi. nõ eſt bonũ exemplum, vt infra dum incipiam. vltimo circa hoc, &c. Sed exempla ponas p Doct. in auc. offeratur. C. de litis conteſt. ¶ Si vero talia ſint quibus partes renunciare nequiſſent cõcluſio procedit, neq; renũciatio cõſequenter cõfirmatio aliquid operabitur. quãuis cum Iudice fieret. Abbas in. c. cauſam quæ. de teſtibus. & in c. cum cauſam. in glo. penult. dicens atteſtationes inualidas conſenſu partium cõualidari ſecus eſſe in litis cõteſtatione. ¶ Sed aduertendum in hoc vltimo quoniam Abbas in. c. fi. de probat. vbi Decius per illum textum in illis verbis. Cum nõ reuocetur in dubium de cõteſtatione, &c. dicunt ꝙ q̃uis

partes litis cõteſtationem omittere, vel nullam cõuallidare nequirẽt expreſſe, per tacitam tamẽ cõfeſſionem earum, vt litis cõteſtatio cõſeruari poſſit, ad effectum, vt abſq; noua litis cõteſtatione in noua Inſtantia fiat. Sic videtis Abbatem ſibi ipſi cõtrarium, nam in. d. c. cum cauſam. ſimpliciter dixit includẽdo tacitam ſicut expreſſam. Quod ipſe Abbas fortaſſe ſenſit. in. d. c. fin. dum dixit ꝙ dictum de tacita procedit vbi de modico præiudicio ageretur, nam ex quo de facili noua productio fieri poſſet, vt per Bart. in. l. mutari. de procurat. igitur, &c. Sic Abbas. ibi cõcludit. Decius in. d. c. nõ ſic ſe reſtringit, vt facit Abbas, Quia (dicit) ſi Ratio talis vera eſſet ſequeretur illud, & expreſſe fieri potuiſſe. Quod eſt contra oẽs. Vnde ipſe cõtraria videns ſoluere tribus conat̃ modis. Primo ꝙ de tacita cõfirmatione litis cõteſtationis dictũ eſt ꝓcedere ſi Principis auctoritas adfuiſſet. ſic dicẽs loqui tex. in. d. c. fin. Secũdo ibidem ideo procedere tacitam cõfeſſionem quia ex actorum productione iuſtificabatur. & quia cõſtito de prædictis actis leuiores ſufficiunt probationes. l. teſtium in fine. de teſtibus, igitur, &c. Nam examinati teſtes, vt ibi litem præſupponunt cõteſtatam. argumẽto. l. ii. C. de dotis promiſſ. per hoc ex coniecturis confeſſio iuſtificabatur.

¶ Sed ſua cõſiderata mihi nõ placent, q̃a ſi vera eſſent multo magis procederent in expreſſa confeſſione, ſeu cõfirmatione, quod ab omnibus negatur, & per ipſum Decium, vt modo vidiſtis. Præterea & ſi ex cõiecturis litem conteſtatam in inſtantia prima probaretur. nõ tamen eſt legi ſatiſfactum in ſecũda quin ſine ſubſtantialibus dicatur. tanto magis quia & prima litis cõteſtatio potuiſſet eſſe nulla quoquo modo, igitur, &c. Vltimo circa hoc dato ꝙ litis cõteſtatio tacite remitteretur (de quo tamen dubito) vt videbis in fine artic. tamen do vnam generalem ſolutionem. & dico ꝙ minime ſequitur id quod iſti præſupponũt. videlicet pars poterat tacite renũciare. ergo in ſecunda inſtãtia ſi non curarunt cõteſtare litem cenſentur cõfirmaſſe litis cõteſtationem primæ inſtantiæ. vt ſic operetur in ſecũda, conſequentiam nego, & dico ꝙ ſecunda inſtantia procedit abſq; conteſtatione, quia tacite fuit remiſſa non autem ex prima, ſeu cum prima confirmata.

Argumento.l.Papinianus.ff.de minor. ¶ Tertio ſoluebat Decius ꝙ ibi erat quædam tacita remiſſio quæ tolleratur q̄ uis non ſic expreſſa.Argumento.l.ii.in.§.ſed quia.C.de Iur. calũn. Reſpondere per illam Regulam.ꝙ vbi expreſſum ꝓhibetur tanto fortius tacitum prohiberi dicendum eſt,arg.l. non dubium.C.de leg. ¶ Non obſtat glo. in.d.§. Quia ſunt opinion.vnde non poſſumus ex eo facere fundamentum. argumento doctrinæ Bar.in.l.in ambiguo.ff. de rebus dubiis. & ego tenerem illam Azonis ibi ꝙ nec tacite remittatur calũniæ Iuramentum.Quia eſſet cõtra generalitatem illius textus.Nihilominus quia de hoc eſt tex.clarus in.c.i.de Iur.ca lũn.in.vi.Soluerem aliter videlicet ꝙ litis cõteſtatio ſit magis de ſubſtantialibus q̄ calũn.Iuramẽtum,vt ibidem ꝑ glo. & Doct.patet,& in auc.offeratur. & in.l.properandum.C. de Iudic. ¶ Non obſtat Bar.in.d.l.mutari.Quia reprobatur per Antoniũ de Butrio,& per Abbat.in.c. fin.de Iudic.& ſequitur eos Decius in.c.fin.de probat. ¶ Nec obſtat tex. ibi quia intelligo illum,vt ſupra per Decium. Nam ibi nõ ſufficeret ſola remiſſio partis,niſi & Pontificis cõfirmatio ſequeretur.In queſtione tamen noſtra nõ præſupponimus confirmationem,igitur,&c.Præterea dico,& nota ꝙ in.d.c.fin.nõ dicitur ꝙ litis cõteſtatio remitti poſſit. Quin actualiter ſaltim fiat,ſed dicitur ꝙ poſtq̄ facta eſt ſi nõ reuocatur in dubium procedit,& hic ponas ꝙ ſupra poſui,dum incepi.vltimo circa hoc,&c.& ibi præterea. ¶ Vnde finaliter concluderem ꝙ quia perempta inſtãtia prima Ius parti queſitũ eſt, nec litis cõteſtatio primæ,neq; calũniæ Iuramentum operetur in ſecũda. Igitur acta illa edi neceſſe non erit in ſecunda inſtantia, tanto minus ſi ab extraneis peterentur, ex ratione illa.Quia non intereſt petẽtis habere ipſa, & ſi inſtantia ſecunda procedit ſine calũniæ Iuramento.eſt quia tacite renũciauit cui licuit.d.c.i.in.vi.nõ ex Iuramẽto præcedentis inſtantiæ cõfirmato,vt iſti volebant. Quos neq; bene dixiſſe Putarem dum litis cõteſtationi partes tacite renunciare poſſe voluerunt.Nam actualiter ſaltim dicerẽ ꝙ requiratur. Sic intellexi.d.c.fin.de probat.niſi Iuri poſitiuo caueretur, vt ꝑ aſſignationem termini partibus lis habeatur pro conteſtata

71 ſicut in Regno. ❡SECVNDVS Effectus eſt quem habent hæc acta litis ordinatoria reſpiciens non inſtātiam. Sed potius extrinſecus. Puta ꝙ præſcriptio interrumpatur ex actis illis. Item ꝙ res effecta ſit litigioſa. Primum notatur in.l.properandum.§.i.in verbo Iudicii.C. de Iudic. & durat in alia inſtantia probatur in.l.fi.C. de præſcrip.30. annorū Sed Decius in.d.l.ii.C.titulo noſtro. Dicit non probari in d.l.fin. Quia cū hoc ibi decidat Iuſtinianus apparet per antea deciſum non fuiſſe. videlicet effectum actorum inſtātiæ peremptæ non durare quo ad præſcriptionem interrumpendam. Immo nititur ꝙ perimebat. cui reſpondet Gozad. ꝙ perimere non poterat ex quo tunc præſcriptio introducta non erat. argumento.l.decem.de verb.oblig. Vnde quia nūc introducta eſt. ꝙ caſus noſter verificetur. ❡Tu pro Decio dicas. ꝙ immo introducta erat, vt patet in.l. ſicut & in. l. cum notiſſimi.§.Immo.in eodem titulo. Nihilominus teneas ꝙ effectus interrūpendæ præſcriptionis durat per.l.fin. Quod intelligas vbi perempta ſit propter caſus ſuperueuientes, ſeu ſordes humanas, vel potentiam. fugientis. vt patet in. d.l.in prohemio eius, ex prohemio enim ratio ſumitur finalis. not. in.l.vt liberis.C.de coll.&.c.quoniam.de probat. Præterea capitur ex eo tex. ibi litem autem implere propter quoſdam caſus præpeditus eſt. Cum igitur ſit ibi ſpecialis caſus ꝙ perempta inſtantia nihilominus talis effectus durat. In contrarium Regulam dicemus. per.l.ius ſingulare.ff.de legibus. Sic cum Decio tranſirem, niſi perēpta eſſet ꝑpter illos caſus, & imbecillitatem. ❡Inferremq; ad reſtrictionem legis, ſicut. ibi ſubſequuta per executorem cōuentio, &.l. cum notiſſimi. §.Immo. ne procedant niſi probato caſu aliquo poſitorum in.d.l.fin. Quod non ſine ratione. nam peremptio inſtantiæ arguit negligentiā. Quæ ratio finalis fuit introducendæ præſcriptionis. vt patet in.d.l. Si igitur actor non eſt proſequutus magis negligēs apparet q̄ ſi nunq̄ litem inchoaſſet, ꝙ magis, &c. probatur. Quia ſi nunq̄ inchoaſſet nō ſic eſſemus certi, ꝙ propter negligētiam fecerit illud ſicut quando ceperit & nō eſt proſequutus. nam forſitan nunq̄ inchoauit ob ignorantiam. & per hoc loquutus eſt tex. in.l. nam & ſi parētibus

in.§.heredi in fine.ibi non.n.ſufficit litem inſtituere niſi perſeueret. ¶ Aduertas quia qui allegat impedimentum probare debet ſe impeditum fuiſſe per totum illud tempus ꝙ currit a deſiſtētia litis vſq; ad completam præſcriptionem,vel melius dic,ꝙ quia præſcriptiones ſunt odioſæ. Ideo ꝙ ſufficiat probare ſe impeditum per illud tempus per quod inſtātia perit. Puta biennii, ſeu triennii iuxta.l.properandum.C.de Iudic.& hoc niſi præſcribens vltra tempus inſtantiæ foueatur tanto tempore quod ſufficiat ad præſcriptionem. Tūc enim probare habet impedimētum totius temporis. ¶ Ex quibus igitur dices ꝙ acta inſtantiæ primæ tantummodo impeditis proſequi primam inſtantiam edi debebūt vbi dicerent ſe interrumpiſſe præſcriptionem, nō aliis cum eorum non interſit.Quadere crederem apud Iudicem editionis ꝙ petens probare habeat ſe fuiſſe impeditum,vt ſupra,propter ꝙ præſcriptio actualiter nō iuridice completa fuit. Hoc intelligas vbi per aduerſarium editionem fieri negaretur, aſſereretur; petentis nō intereſſe acta ſibi edi cum nequeant.releuare, ſtante præſcriptione cōplēta.& ſi diceres videri abſurdum ꝙ ei qui acta cōfici mandauit acta non edantur.te reſoluerem nō ſufficere mandatum niſi cum intereſſe cōcurrat. Sic intelligo tex.in.l.ſi quis.in.§. pertinere. in verbo ſi me mandante. ff.codē. Probarē per ſuperiora verba ibi.in. §. ex hoc edicto. in id ꝙ intereſt,&c. Melius probo per tex. in.§. prætor ait.ibi ei qui iterum edi petit.nam ſi ſufficeret ſolum mandatum, & millies ille petere poſſet editionem. Sed ibi ideo non iterū editur quia ex quo ſemel habuerit præſumitur ꝙ ſua non interſit,vt iterū ſibi edatur.Expectatur igitur ibi cognitio cauſæ cuius natura eſt,vt is citetur cuius intereſſe non edi exiſtimatur.Sic dicemus in caſu noſtro, ꝙ quia Iudici conſtat inſtantiam eſſe peremptam propter quod præſumitur, vt petentis non interſit habere acta.d.l.cū lite.ff.Iudic.ſolu.Ideo cognitio cauſæ adhibenda ſit.& aduerſarius citari.Argumento.l.de vnoquoq;.ff.de Re Iudic. ¶ Quæ tamē intelligo dū modo in inſtantia perempta non fuerint prolata verba, ex quibus appareret Reum cōſtitutum in mala fide.Quod quomodo procedat vt bene percipias vide infra. dum incipiam.

Sed in hoc,&c. ¶ Modo proſequor quia tenui ꝙ inſtantia prima perempta regulariter acta nõ operantur effectum interrumpendæ præſcriptionis.& intellexi de perẽptione cauſata ex taciturnitate.Infero tanto magis procedere quod dixi vbi perempta eſſet per expreſſam renunciationem.iuxta.l. poſtquam liti.C.de pactis,vel per tranſactionem hoc Doctores tenuerunt in.l.ii.C.titulo noſtro.mouentur per tex.in l.cum mota.C.de tranſact.Sed Decius in.d.l.ii.contrarium conatus eſt tribus modis reſpondens ad illum textum. Cui bene replicat Gozadin. ¶ Circa intellectum.d.l.cum Decio tranſirem,nam ratio eius legis eſt ne heres cõtra factum defuncti cui ſucceſſerat venire poſſit,patet ibi.Qui matri heredes extitiſtis.nec ratio ibi eſt ꝙ expreſſa renunciatio ſubſtulerit effectum interrumpendæ eſſet.n.diuinatiuum ad illũ tex. quicquid dixerit Gozadin. ¶ Nihilominus concluſionẽ doctorum tenerem per mea dicta ſuperiora.Si.n. quãdo inſtantia perempta eſt taciturnitate non operatur in alia inſtantia effectum interrumpendæ.d.l.fin.per locum a ſpeciali vt argumẽtaui, tãto minus operari dicendũ quãdo expreſſe renunciatum ſit cũ clarius oſtenderit agere nolle. ¶ In hoc tamen aduertere te volo,ꝙ omnia prædicta procedere videntur in tricẽnali, vel quadrig.præſcriptione. in quibus non curatur de mala fide.Sed ſi eſſemus in vicẽnali tunc aliter concluderem,videlicet. ¶ Quod aut inſtantia perempta fuit taciturnitate tunc operetur effectum interrumpendæ.eſt caſus in.l.i.in.ii.reſpon.C.de præſcrip.lõg.tpis.& ratio eſt quia ꝑ ſimplicem interpellationẽ quis cõſtituitur in mala fide.Notatur per glo.& ibi Abbas.in.c.ſi diligenti.de foro competẽ. ¶ Quomodo autem interpellatio debeat eſſe videbis infra dum dicam de primo effectu litigioſi.Quæ mala fides impedit vicẽnalem de Iure ciuili. ¶ Nihilominus & eadem ratiõne dicam ꝙ hodie inſtãtia perempta taciturnitate habeat effectum interrũpendæ in alia inſtantia.Probarẽ quia in tricẽnali,& quadricẽnali requiritur hodie,& bona fides.c.poſſeſſor.de Regul.Iur.in.vi.per quem tex.glo.Innoc.Ant.Imol. Panor.& cæteri.in.c.fin.de præſcrpt.Ang.& Imol. in.l. ſequitur.in.§.Si viã,ff.de vſucap.Matheſ.ſing.23.incip.Nota.

& communiter Doct.in.d.locis volunt.eſſe correctas.l.oës. & l.ſicut.C.de præſcr.3 o.ann. cum ſimilibus dicentes. Maleſidei poſſeſſorem præſcribere poſſe. ¶ Inſero etiam ex his ꝙ hodie.l.fin.C.de præſcrip.3 o.ann. Nihil aut parum operatur. Non.n.opus eſt probare impedimentum cur non fuerit proſequutus. Quia caſu in illo potius hodie attẽditur mala fides poſſeſſoris cauſata ex interpellatione. quam deſidentia aduerſarii. Sed probatio illorum impedimentorum tunc tantummodo operabitur cum nunq̃ agere ceptum ſit quo caſu eſt opus, vt probet ſemper impeditum fuiſſe hoc eſt per totum tempus, quia non valẽti agere nõ currit præſcriptio dicitur in.l.fin.C.de annal.excep. ¶ A V T Inſtantia perempta eſt renũciatione vel tranſactione tunc effectus interrum pende ad aliam inſtantiam nõ porrigetur. tam in vicẽnali q̃ in tricennali.probatur. Quia per expreſſam renunciationem purgata eſt mala fides in quam incurrerat poſſeſſor per ſolã petitoris interpellationem. Ita Felyn.in.c. ſignificarunt de teſtibus, ꝙ intelligas non de renunciatione ſolius inſtantiæ. Sed quando renũciatum ſiue tranſactum ſit ſuper lite. vt per Bar.in.d.l.i.C.de præſcr.long.tpis.nam opus eſt, vt vitium litigioſi purgetur ſi vis vt præſcriptio procedat. Quia vitium litigioſi habet effectus duos vnum eorũ ꝙ interrumpit præſcriptionem, vt ibi per Bar.& Decium in.d.l.ii.C. titulo noſtro. igitur opus eſt vt vitium tollat alias præſcriptio interrupta remaneret. ¶ Inſuper aduertas dum dixi ſolam interpellationẽ. Quia ſi ex probationibus in prima inſtantia conſtaſſet de mala fide poſſeſſoris tunc renunciatione mala fides nõ purgaretur. Sic Purpur.in.d.l.ii.per bonam rationem Baldi dicentis ibidem ꝙ effectus cõſumatus erat, hoc eſt ꝙ quia ex probationibus cõſumatum erat, & clarificatum eum poſſediſſe mala fide non amplius renũciatione tolli potuit, quod nota contra eos qui aduerſarios doloſe inducũt ad renunciandũ, nam ſi cõſtabit in proceſſu de mala fide non præ

78 ſcribunt, & aliquid dicã in proximo ſequẽti. ¶ C A P I A M V S Concluſionẽ ſecũdam ſecundi effectus actorum, vt ſupra. Quæ eſt ꝙ inſtantia perempta effectus illæ litis conteſt. ꝙ res remaneat litigioſa minime tollit. Sic ponitur per

glo.in.l.properãdum.in verbo Iudicii. C.de Iudic.per Bar. in.l.ii.C.de fruct.& litis expenſ.nil allegãtes.Nec vllibi pro batur niſi per tex.in.d.l.i.de præſcript. lõgi tẽporis vbi Bar. & Doct.& eſt communis.Sed aduertendum per Decium in d.l.ii.ꝙ ex vitio litigioſi cauſatur primus effectus, vt præſcriptio remaneat interrupta.Hic remanet inſtantia perempta,vt per Bar.in.d.l.i.C.de præſcrip.long.temp. ¶ Quod verum eſt niſi renunciatũ ſit liti,vt ſupra dixi. ¶ Et niſi reus abſolutus fuerit ab obſeruatione Iudicii propter ineptum libellum.Ex ratione quia iudicium male fundatum præſcriptionem nõ interrumpit.Notatur in auc.offeratur.C.de lit. conteſt.Sic Bal.in.l.ii.C.de fruct.& litis expenſ. Alex.in.d. l.ii.C.titulo.noſtro poſt Canoniſtas ab eo relatos,& ibidem ſequitur Decius.Quia quãdo libellus eſt ineptus litis cõteſt. non valet,vt in glo.ſecũda in.c.vt debitus. de appel. ſubdẽs hoc procedere niſi aliquod eſſet expreſſum ꝙ haberet inducere malam fidem,nam tũc interrumpitur præſcriptio in caſibus quibus mala fides interrũpit præſcriptionem, ſic Abbas.in.c.vt debitus.Abb. & Butrius in.c.illud de præſcript. Abbas in conſil.19.Incip.huius caſus libro.ii. ¶ Quæ mala fides probatur ex Iudiciis.Bal.in.l.penulti. C. de euict.& non eſt nouum ſi ex actu nullo aliquando quid cauſetur. Notatur per Bar.in.l.fin.ff.de rebus eorum,& hæc verba notãda ſunt, quia declarant,& ſic intelligo dictum in ſuperiori articulo,dum videlicet diximus, ꝙ per ſimplicem interpellationem quis conſtituitur in mala fide. Intelligas dũmodo per interpellationem exprimatur id per quod poſſidẽs cõſtituatur in mala fide. ¶ ALIVS eſt effectus litigioſi ꝙ res alienari nõ poſſit.& hic inſtantia perempta perimit per tex. in.d.l.i.C.de præſcrip.long.temp. ¶ Sed aduertas quia immo nõ perimit ſi ſola inſtantia perempta ſit, pro quo pondera verba Bar.in.d.l.i.dum dicit ꝙ quãdo renũciatum eſt inſtantiæ res remanet litigioſa. Sic non poteſt alienari. Secus quãdo liti renunciatũ eſt.& hoc eſt mente Decii in.d.l.ii.C. titulo noſtro.& nota talia verba Bar.quia per peremptionẽ inſtantiæ res non deſinit eſſe litigioſa ad quod facit verbum liti in.l.poſtꝗ.C.de pact. ¶ Sed arguo de.l.fi.C.de litigioſ.

in primis verbis,ibi,lite pendente.Quod verificari non poſ
teſt aliter niſi ſtante Inſtantia.Non.n.viderem quomodo lis
pendeat quando Inſtantia perempta ſit,& igitur a contrario
ſenſu illius textus,ſic lite nō pendente res nō videtur litigio
ſa,& alienatio valebit quod argumentum a ſenſu contrario
ſumetur,quia per illud fit redditus ad Ius cōmmune ſe habēte,
vt in re ſua quiſq; ſit moderator,& arbiter,l.In re manda
ta.C.mandat.pro ſolutione pōderatem verba Bar.in. d.l.i.
dum dicit tātum inſtātiæ.vnde dic ex mēte ſua q; ſi dicerem
expreſſe renūciare tantummodo inſtantiæ,Remaneret vitiū
litigioſi,ſic loquitur ipſe.Addas.l.cū prætor.in princ.de Iuſ
dic.Sed ſi ſimpliciter quis renunciauit inſtātiæ nō apponen-
do taxatiuam,tantum,ſeu ſimilem,tunc & liti renūciaſſe dici
debet.Moueor ex.d.l.fin.& ex.l.ii.C.de litigioſ.vt poſui ſu-
pra. ¶ Et igit inſero q; ſi Reus ab inſtantia ſit abſolutus p-
pter libelli ineptitudinem . Quāuis litis cōteſtatio ex inepto
libello fuerit nulla,vt ſupra per Decium,tamen vitium liti-
gioſi durat. ¶ Dubium ſtat quid ſi nullo tempore renuncia-
uit expreſſe,ſed tacite, Puta per lapſum triennii Bar.ibidem
dicere videtur,q; vitium litigioſi durat. ¶ Ego cōtra tenerē
quo ad impediendam alienationem . & moueor per tex.in.l.
Nam & ſi parentibus in.§.heredi.ibi.nō.n.ſufficit litem inſti
tuere niſi perſeueret.Item & in odium negligētiæ ſuæ. argu-
mento.d.l.fin.de pſcrip.3o.ann.vt ſupra declaraui ad quod
vulgare illud q; melius eſt nō incipere,&c. vel illud turpius
eiicitur q̄ nō admittitur hoſpes.argumēto.l.ii. vbi Doct. ff.
de his qui ſunt ſui,vel alien.Iur. ¶ Et quæ dicta ſunt vitium
litigioſi durare quo ad impediendam alienationē intelligas.
niſi cum Iudicis decreto fieret alienatio.Qui Iudex ex cauſa
cōcedere debet ſi puta res tempore peritura erat,eſt caſus in
l.diuus. ff.de petition.hered.& videas Cepoll. in Cautela,
79 Incip.res litigioſa. ¶ IVXTA prædicta nō incommoſ
de queritur an inſtātia perempta iuriſdictio delegata pereat.
Alex.in.d.l.ii.C.titulo noſtro.dicit nō,poſt glo.& Doct.in
c.penul.de Iudic. ¶ Item an acta talis inſtātiæ probent coſ
ram alio Iudice Abbas in.d.c. Cauſam quæ de teſtibus dicit
affirmatiuam ſi alius ſit primi ſucceſſor.l. proponebatur. ff.

Iudic.ſolui.Idem ſi ſit Iudex appellationis,vt in.d.l.ii.ſecun dum vnam letturam.c.ad ſedem.de reſtit.ſpoliat. ſecus ſi ſit extraneus Iudex. ¶ Redeũdo modo ad rem ex prædictis habes quãdo petẽtis acta interſit habere ipſa propter quod intereſſe Iudex edi petenti habeat iubere, vel ſi non interſit minime iubeat,vt ſupra declaraui in ſecũdo effectu princ.circa medium dum allegaui.l.ſi quis.in.§.pertinere. ff.eodem. 33

80 ¶ PERVENIAMVS Nũc ad acta quæ reſpiciunt veritatis indaginem,vt ſunt dicta teſtium. Cõfeſſiones,&c. ¶ Primo de dictis teſtium.Bar.dixtinguit aut publicata nõ fuerunt aut.ſic.Primo caſu fidem nõ facient in Inſtantia diuerſa.l.geſta.C.de Re Iudic.& ibi vltima glo. cum ſequũtur Bal.Nichol.de Mattharellis.Antonius de Butrio. Salyc. & Alex.in.d.l.ii.C.titulo noſtro.Qui põnit caſum in terminis tantum quibus prima inſtãtia perempta eſſet. ¶ Sed prædicti Doctores volunt indixtincte etiam ſi perempta nõ eſſet. ¶ Sequar eos per.d.l.geſta.quis ibi glo.contrarium innuat. in verbo.firmitatem.Dum oſtendit maiorem eſſe rationem non adhibẽdi fidem teſtibus quando Inſtantia perempta ſit. ¶ Tertia opin.eſt quæ per Bar.in.d.l.cum lite.ff.Iudic.ſol. poſt Innocẽtium.videlicet ꝙ immo nõ publicata in inſtãtia diuerſa probabunt.Hanc Raphael,Abbas,Imol.quos refert Alex.in.d.l.ii.vbi Decius motus ex ratione Abbatis.in.d.c. cum cauſam.de teſtibus. Breuiter cum Alex. vt ſupra tranſi rem.per tex.in.d.c.cum cauſam.ibi. cum atteſtationes ipſæ ſint clauſæ.Hæc.n.ibi pro finali ratione poſita fuerunt.Quare teſtes produci ſit iterum neceſſarium.Igitur,&c.argumento.l.cum ratio.ff.de bonis dãnat.addendo vt ſupra,vt procedat etiam ſi inſtantia perempta nõ eſſet. ¶ Nõ obſtat Abbas cum cæteris vbi ſupra. diceñ. illum textum debere intelligi de atteſtationibus coram arbitris receptis. ſecũdum cõmunem magis letturam,videlicet in terminis.l.fin.C.de teſtibus. Quoniam immo corã Iudicibus ordinariis vt firmat ibi glo.per Doctores antiquos. ¶ Præterea probarem ſic cõtra cõmunem illam letturam, nam legum correctio euitãda eſt.l.præcipimus in fine.de appell.cum vulgar.Sed ſi coram arbiitris illum textum intelligeremus corrigeretur.d.l.final.

igitur,

igitur,&c.Quod autem corrigeretur probo. nam omnes intelligunt d.l. finalem in publicatis q̃ in non publicatis, videlicet vt recepti coram arbitris non probent in ordinario. niſi reproducantur(caueas quia non loquimur vbi pars aſſentiret) & patet ex generalitate ſui.ſed ſi textus in.d.c. de arbitris loqueretur.Neceſſario ſumeretur ex his verbis ibi. cũ atteſtationes clauſæ ſint,ꝙ vbi atteſtationes corã arbitris clauſæ nõ fuiſſent,ſed publicatæ, vt fidem facerent in ordinario nec eſſet opus noua reproductione.Itaq; correctorie veniret ad.d.legem,igitur,&c. ⁋ Secundo reſpõderem ad d.c.ꝙ q̃uis loqueretur in arbitris,vt communiter magis volunt. Nihilominus quia ratio illorũ verborum generalis eſt. Ideo ꝙ noſtram probet opinionem,ſed prima tutior.⁋ Non obſtat Abbas in.d.c.quẽ in.d.l.ii.ſequitur Decius, videlicet ꝙ Notarius non publicatio teſtibus det fidem,vt patet,quia videmus eum examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam,& faciunt fidem q̃uis nõ publicati.c.quoniam. cõtra de probat. Quia reſponderem ꝙ Immo,tunc publicabuntur.argumento.textus.in auc.Si quis aliquid.C.de teſtibus, & ſecũdo reſponderem ꝙ examen illud fit ob neceſſitatem nõ aliter, vt in auc.de teſtibus vnde nõ trahetur ad cõſequentiam.l. ꝙ cõtra.ff.de legibus.Diximus in.l.i.de officio eius.:nam & etiã examen clauſum probat in caſu neceſſitatis.vt eſt tex.in.d.c. fin.ibi.Sin autem omnes mortui fuerint. & multo magis hic dicẽdum,igitur,&c.pro quo vltimo videtur tenuiſſe Bald.in d.l.geſta.col.ii.dum dicit idem ſi viuunt,ſed eſſent dubia futuri. ⁋ Quod procedit niſi parti poſſet negligentia imputari.Bal.in.c.cõſuluit.de officio.delegat. ⁋ Non obſtat Decius in.d.l.ii.dicens ꝙ qua ratione ſententia lata ex atteſtationibus clauſis fidem facit quo ad omnes & ſic in inſtantia diuerſa,eadem dicẽdum in atteſtationibus clauſis. Quod cepit a Bar.in.d.l.cum lite ibi verumtamen in his caſibus, &c. Quoniam reſpõderem ſententiam fidem facere cum nõ prohibeatur. Immo iure cauetur vt valeat. ſecundum Bar. in.l. prolatam.C.de ſententiis. Sed acta talia fidem alibi facere prohibetur expreſſe.d.l.geſta. Melius in. d. c. cum cauſam, igitur,&c.nam incertis nõ certis locus eſt cõiecturis.l. con

Q

tinuus.§.cum ita,de verb.oblig. ¶ Quæ opin. Alexandri (& ſequimur) limitatur non habere locum in cauſa ſuccedanea primæ, videlicet appellatiõis, quia & nõ publicati in prima probabunt in ſecunda. Bal. Paul. & Alex. in. d.l.ii. & Abbas in.d.c. ¶ Sed aliter ego dicerem. Nos.n.in concluſione præſupponimus inſtantiam eſſet peremptam. Quo caſu ſi appellaretur tantummodo eſſe in eo quia primus Iudex non obſtãte perẽptione procedere voluerit. Itaq; in terminis eſſemus quibus de teſtibus examinatis in prima nullo modo egeremus in cauſa appellationis, ſed tantummodo tunc acta producuntur cum quibus inſpiciatur an inſtantia prima fuerit perempta. Cõſequenter ꝓcedere ad vlteriora nec ne potuerit primus Iudex. Super quo pronunciandũ eſt, vnde limitationem hanc adaptari poſſe minime viderem, fateor in ſe veram, locumq; habere vbi perempta inſtantia nõ ſit, vt infra dicemus. ¶ Limitatur ſecũdo per Iaſon.in.d.l.ii. vbi ex cauſa teſtes fuerint examinati ante litis conteſtat. ad rei puta memoriam perpetuam. vt Alex. ibidẽ. tetigit in fin. Nam & in alia inſtantia nõ publicati probabunt. Purpur. ibidem dicit ꝙ q̃uis dictum in ſe verum ſit. Nihilominus nõ facit limitationem, quia loquimur de inſtantia quæ nõ eſt ante litem cõteſtatam. l. properandũ vbi moderni. C. de Iudic. ¶ Tertio limitatur ibidem per Aquẽſem in caſu quo teſtium dicta nõ ſolum per notarium, ſed etiã per Iudicem ſubſcripta fuiſſent, quia & nõ publicata fidem facient in alia inſtantia ſequor quicquid ibidem dixerit Purpur. ¶ Quarto limitatur quãdo teſtes primæ inſtãtiæ nõ amplius reproduci poſſent. puta mortui eſſent. nam tunc in ſecunda probabunt. argumẽto. l. fin. C. de teſtibus. ¶ NVNC Vltro ſe nobis offert,

81 an teſtium dicta in vna inſtantia examinatorum nõ tamẽ publicata poſſint in alia publicari. ¶ Breuiter conſiderarem ꝙ aut eſſemus in caſu quo ſecunda ſit inter eaſdem perſonas. & in ipſa poterunt publicari. per glo. in verbo Archiepiſcopum in. d.c. cõſtitutus etiam ab alio Iudice ſic intelligerem apoſtill. ad Bar. in. l. fin. C. de Re Iudi. ¶ Aut in ſecunda inſtantia ſunt perſonæ diuerſæ, vel vna ſaltim. tũc ſi cauſa ſecundæ inſtantiæ diuerſa ſit ab illa primæ dicta teſtium de

prima non publicabũtur in ſecunda. ſic intelligo textum in d.c.nam in prima erat cauſa electionis. ſed in ſecunda ſpolii quicquid glo.in verbo Archiepiſcopum ibi. dixerit in princ. ibi.eodem negotio,&c. ¶ Aut cauſa ſecundæ inſtantiæ non eſt diuerſa ab illa primæ.tũc ſi q fuit actor ĩ prima peteret pu blicationem illorum in ſecũda, nõ audiretur. ¶ Niſi pars cõ ſentiret.Hic eſt tex.in.c.cum cauſam de teſtibus.Qui & ſi tã tũmodo loquatur de productione fortius intelligi debet de publicatione. ¶ Et niſi in prima examinati fuerint ad perpe tuam rei memoriam,vel mortui eſſent,vel eorum teſtificatis Iudex ſe ſubſcripſiſſet.vt in.2.3.4. limitationibus diximus. ¶ Item niſi ſecunda inſtantia eſſet ſuccedanea. Primæ, puta in prima fuit ſententiatum atteſtationibus,clauſis(nõ obſtã te petitione publicationis)vnde pars appellauit nam publi-cabuntur in ſecunda. ¶ Item ſi teſtes coram delegato, &c. publicabuntur a delegãte.Sed hæc,& ſi vera tamen nõ qua drat in terminis noſtris,quia caſu in iſto nõ dicuntur diuer-ſæ perſonæ. ¶ Aut qui fuit Reus in prima peteret publicari dicta illorum teſtium,quos actor in prima produxit, & au-dietur.argumẽto.l.fin.C.titu.noſtro.& indixtincte dico etiã in caſibus ſupradictarum trium limitationum.Vidimus.n.re gulam,& ſecũdum eam loquor. ꝙ Reus de domo actoris ad fundandam exceptionem probationes capere poteſt. ¶ Aut extranei teſtes publicari petit,& nõ audiretur. ſed opus eſt, vt reproducat, bene ſumitur ex prædictis Iuribus.

82 ¶ MODO Sumus in ſecundo membro dictorum teſtiũ Itaq; vbi eorum dicta publicata fuerunt,an ad aliam inſtan-tiam porrigantur.Bar.in.d.l.ii.dixtinguendum putat. ꝙ aut loquimur de ipſorum effectu,qui eſt vt ſtetur eis, aut de alio ipſorum dictorum effectu. Qui eſt vt ſuper eis plures teſtes nequeant examinari. ¶ Ad primum dicit ꝙ effectus porri-gatur ad aliam inſtantiam.inter eaſdem perſonas.l.fin.C.de teſtam.l.cum antea.circa finem.C.de arbitris.l. properandũ §.fin.& ibi.notatur.C.de Iudic. ¶ Ad ſecũdum dicit eundẽ dummodo aliæ perſonæ tales eſſent ad quas effectus ſenten tiæ porrigeretur.vt in.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.cũ.l.ſequẽt. ff.de Iur.iur.Declarãt Bal.& Alex.in.d.l.ii.C.titulo noſtro.

quotiens prima inſtantia ſe haberet ſic ad ſecūdam ꝙ ſenten tia lata in prima pariat. In ſecūda exceptionem rei Iudicat. l. fundi. & l. fundum. C. de except. Iſdē. Alex. melius probat in. d. l. ii. in. 4. colū. ibi. in eadem. &c. Iſdem Alex. poſt Bart. in. l. ſæpe. colū. ii. ff. de except. res Iud. & cōſil. 185. in libro. ii. cum allegat. per Purpur. ¶ Quadere Decius, & nouiſſ. in præfata. l. ii. Regulam capiunt generalem. ꝙ Iſdem. de probationibus iudicatur, ꝙ de ſententia, videlicet ꝙ cui ſententia nocet, vel prodeſt, eidem probationes. ¶ Aduertas quia loquitur Alex. quando inſtantia perempta non eſſet. idem tu dicas quando perempta eſſet, vt ex mēte Doctorum capitur & eſt textus generalis. in. d. l. geſta vbi glo. in verbo. firmitatem. ¶ Quæ procedunt niſi prima inſtantia fuiſſet arbitrorum, qui mortui nō fuiſſent. vt in. d. l. fin. C. de teſtibus. & habetur per Bar. & nouiſſ. in. d. l. ii. ¶ Item niſi prima inſtantia fuiſſet in Summario Iudicio, nam ea nō probarēt in ordinario. Bal. in. d. l. ii. Bar. in. l. qui Rom. de verbo. oblig. c. veniunt. de teſtibus. vbi Canon. ¶ Si tamen in ipſo Summario ſummarie proceſſum eſſet. Secus vbi ordinarie. Alex. in. d. l. ii. col. vltima, & iſdem in. l. a diuo Pio § ſi ſuper rebus. ff. de Re Iudic. Item ſecus ſi cōſenſiſſent partes, vt in ordinario. facerent fidem glo. in. c. cum dilectus. de ordin. cognit. ¶ Ex quibus omnibus nunc dictis vobis apertum eſt. ꝙ ſi acta facta inter duos eſſent minime fidem facerēt inter prorſus extraneos. pro quo bonū habetis textum in. d. l. ſæpe vbi Alex. facit mirabilem repititionem, & habetis alium in terminis in c. inter dilectos in § porro. de fide Inſtr. Ratio colligitur ex glo. noſtra, Quia teſtes probare nō poſſunt quo ad eum qui citatus minime fuerit. loquor in præiudicium eius. l. ſi quādo. C. de teſtibus. cum concord. Ratio rationis illa eſt, quæ per Decium pro ratione datur in. d. l. ii. poſt Abbatem in. c. penul. de Re Iudic. videlicet ex facto alterius, quem grauari nō debere. l. ſancimus. C. de pœnis, & in Regula nō debet libro vi. ¶ Igitur ſi vis, vt ſententia pro te ferenda nocere tertio poſſit. Eum citare facias. vt dicit Decius poſt Paul. in. d. l. ii. ¶ Et hæc dicta de extraneo limitant̄ quo ad qualē qualē præſumptionem. Enimuero tunc tertio, & nō citato nocebunt,

glo.eſt in.l.Si patroni.in princ.ff.de Iure iur.cũ ſimil. Alex. in.d.l.Sæpe.Decius in.d.l.ii.Reſpondens cõtrariis,maxime notatis.per glo.& Alex.in.d.l.de vnoquoq;.ff. de Re Iudic. per glo.in.d.l.cũ miles.in verb.fauen. ex quibus cauſ.maior. per Bar.in verbo.edictum,in tractatu ad reprim.ꝙ loquant reſpectu pleni præiudicii.Tunc enim tertio nõ citato minime præiudicatur,vt ſupra diximus. Ad tex.in.d.c.inter dilectos in verbo atteſtationes.ibi.aliquod præiudicium. Reſpõdet verbum.ibi aliquod plenã importare probationem. Probatq; ex eo quia de plena tantummodo dicitur in illo textu. Sic verbum aliquod ſecundum ſubiectam materiam intelligetur.l.ii.ff.ꝙ cum eo. ¶ Sed finaliter concluderem ꝙ quia reſponſio hæc vltima Decii dari nõ poſſet ad tex.in. l. ii. ibi aliquod.C.Res inter alios, acta.& in.l.coheredibus.ibi. nullum præiudicium.C.famil.herciſc.Ideo ꝙ præfata Iura. Sic lex de vnoquoq; cum ſimilibus intelligantur,& reſpectu modici præiudicii.pro quo habes textũ in.l.a ſententia.ff. de appel.ibi.quis ſine appellatione tutus eſt coheres.& ſic cum textum Decius in.d.l.ii.C.titulo noſtro intelligere videtur.Iũgas tamen cum Regula ſupradicta,ꝙ cui ſententia nõ nocet minus acta nocebunt. ¶ Nõ obſtat glo.in.d.l.ii. cum ſimil. etiam eo modo quo ſupra per Decium ſaluata fuit poſt Bal. in.v.col.& eſt communis.videlicet,vt illa loquatur in cauſa cõnexa. Quia reſponderem.Iura in quibus glo.ſe fundat,illud minime probare,cõſidera quia textus in.d.l.res hereditarias.ff.de crimin.expil.hered.dicens ꝙ acta inter duos alteri coniũcto,ideſt coheredi proſint,nõ probat ex eo ꝙ eidem nocere poſſint in ſemiplena,vel in minima probatione.Sed immo cõtrarium patet in.d.l.coheredi.& in.d.l.a ſententia. Item in.d.l.res,cõſideratur criminis igitur. ¶ Ad tex. in. l. heredes.§.idem ſcribit.ff.famil.herciſch. Reſpondebis acta, quæ cum alio confeci mihi ipſi cum diuerſo agenti præiudicare,igitur alteri ꝓdeſſe nõ per hoc ibi ſequitur nec ſumi poſſet,vt ad ſemiplenam probationem tertio quis aliquo modo cõiuncto duorum acta præiudicium afferre poſſint. ¶ Non obſtat tex.in.l.ſi duo patroni. circa principium. ibi multum autem fidei.Quoniam dicerem ideo ibi præſumi pro patro-

no,quia ille qui eſt pro parte dominus præſumit, & pro alia parte.argumento.& per totum.de iure accreſcendi.vt in.C. qñ non petentium in partes,eſt materia tradita in.l. re coniunctim de legat.3.Præterea & melius dicas ꝙ ibi probatur alteri afferri vtilitatem nõ tamen ſequitur præiudicium.Sic erimus in terminis.d.l.a ſententia,vt ſupra, ſaluarem tamen dominum Decium,vbi teſtes nõ inuenirentur, quia mortui eſſent,enimuero tunc nõ ſolum,vt credo,facerent qualẽ præſumptionem,vt per ipſum,ſed & ſemiplenam probationem, ſi contra dicta vel perſonas eorum oppoſitum non fuerit vel nõ probatum.argumento.l.fin.in fine.C.de teſtibus. ❡ Finaliter cũ quæreretur acta probatoria, fabricata, publicataq; inter duos.In aliorum cauſa fidem an facere poſſint. Ita cõcluderem ꝙ aut præſupponimus alios totaliter extraneos puta non citatos,neq; vllo modo cõnexos.Tunc locum vt habeat regula.Rubr.cum nigro res inter alios actæ, ſecundum omnes.idem tu dicas.ꝙ nec poterunt prodeſſe. argumento. Regulæ.ſecundum naturam.ff.de cõdit.Indebit.& quia cõtrariorũ eadẽ ratio eſt.§.i.inſtit.de his qui ſunt ſui,vel alien. iur.& pro hoc eſt tex.in.l.ii.C.quibus.Res Iudic.non nocet. ibi neq; emolumentum neq; præiudicium. ❡ Quæ concluſio fallit in caſu quem ponit Bar.in.l.eos.in princ.ff.de fals. videlicet ꝙ dictum teſtis in vna cauſa cõtra ipſum bene probet in alia cauſa,& ibidem videas Alex. ❡ Aut non prorſus extraneos ſed aliquam habẽtes cõnexitatem , ratione puta cauſæ,quia duo coheredes eſſemus,qui iam diuiſerimus hereditatem.Quorum vnus cum extraneo habuit litem puta ſup illa parte rei,quæ ſibi cõtigerit in diuiſione. & queratur nunc an (ſi alter cohers cum eodẽ extraneo ob eãdem rem litigaret) actitata cũ primo faceret fidem,& ſubdixtinguerẽ ꝙ aut coheres qui primo egit victoriã obtinuit,quia probauerit,& ꝓbationes coheredi poſtmodum litiganti proficient. vt in. d. l.res hereditarias.ff.de crim.expilat.hered. & in.d. §. idem ſcribit in.l.heredes.ff.famil.herciſc.ſecus autem ſi ob cõtumaciam aduerſarii,vt modo dicam. ❡ Aut in cauſa ſuccubuerim,& tunc ſi aduerſarius meus obtinuerit ex facto meo. Quia puta ſibi detulerim Iuramentum,& eo caſu in alterius

cauſa minime faciet fidem.eſt bonus tex.in.l.ſed & ſi poſſeſſori.ff.de Iure Iur.ibi nihil mihi iuſiurandum prodeſſe.Idem & fortius ſi ex facto meo tacito. Puta quia fuerim contumax nõ concurrẽtibus probationibus,vt dixit Bart.& Alex in.l. cum filius.de verb.obligat.Bar.in.l.eius qui.ff. de Iure fiſci. allegat.per Decium.in.l.ii.C .titu. noſtro.in.x.colũ. ¶ Aut obtinuerit ſuo facto quia probauerit & concurrerit factum meum expreſſum.Puta quia renunciauerim,vel tacitum quia fuerim contumax,vel non oppoſuerim diligentiam nõ adhibuerim quæ in talibus conſueuit,vt notat Bar.in. l. ſi perluſorio in fine prin.ff.de appell. Tunc probationes tales puta rem in alterius cauſa.facere qualẽ qualẽ p̃ſumptionem , non tamen ſemiplenam probationem.Sic intelligo tex.in.l.a ſententia.ff.de appell.pro quo nota ibi glo.in verbo præiudiciũ. dum dicit quale quale præiudicium facit aliis, & ibi . non tñ eſt firmum præiudicium . Tu dic,ergo nõ ſemiplena probatio.nam illum Iudicarem eſſe preiudicium firmum vbi ex Iuramento poſſet impleri. ¶ Aduertas tamen ꝙ illa glo. mihi non placet ibi.Item ſimiliter,dum pro ſimili præiudicio dat tex.in.l.ſi duo.ff.de Iure Iur.& in.l.& quia.in.§.interdum.ff. de interrog.action.nam iura illa loquũtur in caſu quo ſibiip ſi altera in cauſa præiudicaret,vt ſuperius diximus , quo caſu contra ſe bene faciet ſemiplenam . Nos autem loquimur quando alteri præiudicari dubitaretur,igitur,&c . Vnde inſero contra Decium in.d.l.ii.dum voluit, ꝙ in.d.l.a ſententia.nõ adſit cõnexitas ſicut in glo.d.l.ii.pro certo vbiq; connexitas eſt. ¶ Aut aduerſarius obtinuiſſet ſuo facto tantum quia bene probaſſet contra quas probationes diligentiã adhiberim.Tũc tenerem cum cõmuni opin. vt probationes tales in alterius cauſa ſemiplenam faciãt probationẽ.Quia qua ſi eadem cauſa iudicatur ſic prædicta omnia conſiderarem.

83 ¶ QVERI Modo poſſet an acta in ciuili cauſa fabricata probent in criminali.Bar.in.l.ii.ff.de vi bon.rapt.per tex. in.l.iii.ff.de teſtibus.ibi teſtibus,& nõ teſtimoniis . & p glo. in.l.ſi quis a ſe fundum.ff. ad.l.Iuliam. de vi. quem ſequitur Abbas.in.d.c.cauſam quæ. de teſtibus. Dicit negatiuam, & addit Rationem quia in criminalibus probationes luce me-

ridiana,&c.quod intelligit de plena,ſed tamen adminicula-
ri concludit in quibus habes per Canon.in.c.per inquiſitio-
nem.de accuſar.per glo.& Doct.in.l.ii.§.ſi publico.ff. de a-
dulter. ¶ An autem e conuerſo videlicet acta in criminali-
bus probēt in ciuilibus.dicunt affirmatiuā per tex.in. l.ii.C.
tit.noſtro,& in.c.veniēs.de teſtibus inter eaſdem tamē per-
ſonas inter quas ipſa ſententia præiudicaret, vt ſuperius dixi
mus. ¶ Quamobrem redeundo finaliter ad editionē ex præ
dictis omnibus habes,an & qñ acta probatoria edi debebūt.
Nam ex probatione actorum cognoſcitur an habere ipſa in-
terſit,& ex intereſſe ſumitur,an debeāt edi.editio tamē acti-
tatorum in alia cauſa nō fit ordinario Iure his.Qui ea cōfici
nō mandauerint,ſed cum cauſæ cognitione partibus citatis.
qa poſſet euenire , vt q̄uis habere ipſa petentis interſit,nihi-
lominus Iudex edi nō iubebit.Eo forſitan quia itereſſet eius
qui acta cōfici mādauit,vt non edantur quoniam ex editio-
ne ſibi præiudicium redūnaret.argumēto.l.qui accuſare.C.ti
tulo noſtro. ¶ Rurſus & in iſto vltimo caſu accidere poſſet
ꝙ eſſent edēda.Puta ſi is qui acta cōfici mandauit in.i.cauſa.
eſſet actor in ſecūda diuerſa.nam & ſi maxime ſua intereſſet,
ne acta in prima edantur.edi reo ſecūdæ debebūt.argumēto.
84 & eſt caſus in.l.fin.C.titulo noſtro. ¶ RESTAT Vi-
dere de actis quæ pertinēt ad litis deciſionem,vt ſunt ſenten
tiæ diffinitiuæ,vel cōfeſſiones,quæ pro ſententiis habentur.
l.i.C.de confeſſ.Primo dicam,de ſentētia,videlicet an & qñ
in vna cauſa prolata faciat in altera fidem,& inter alias per-
ſonas.&c. ¶ Breuior vt ſim.Regulas duas faciam, Primam,
ꝙ res inter alios iudicatæ his qui tali iudicio nō interfuerunt
præiudicium irrogare nō ſolēt.l.ii.C.quibus res iudic. ¶ Fal
lit vbicūꝗ ſentētia ex illa fieret ius generale.Datur exēplum,
Quis egit inofficioſi querela teſtamētum rupit quia obtinuit
libertates datæ reuocantur,& legata nō debētur immo ſolu-
ta repetuntur,ſic libertis præiudiciū fit qui minime interfue
runt.l.Papinianus.in.§.ſi ex cauſa.ff.de inoff. teſt. Dummō
lata fuerit cōtra præſentem,& defendētem.Sed ſi contra nō
defendētem ſolummodo probaret inter litigantes.l. qui re-
pudiantis in.§.fin.titulo dicto.eſt tex.in terminis in.l.ſi per-

luſoria.

luſorio.in·§·Quotiens,de appell.& in.l. ſi ſeruus plurium in princ. de legat.i. ¶ Aliud exemplũ eſt in.l. ingenuum. ff.de ſtatu homin.Si pronũciatus fuerit quis ingenuus erit quo ad oẽs.dummodo colluſio non detegatur,vt ibi per glo. p totũ titu.de colluſ.detegenda facit tex.in·§· Tria onera, in verbo affectate inſtit.de excuſ.tutorum. ¶ Aliud eſt ſi pronunciaretur non eſſe libertum,vel ſeruum, vt in eadẽ glo.& ibi vide de ſententia lata ex Iuramẽto, ꝙ mihi nõ placet, quia lex allegata.ibi.videlicet.l. eum qui.in.§. ſed libertus, loquitur tantum quo ad litigantes. ¶ Aliud eſt in cauſa filiationis nã ſi pronunciatus eſt filius oritur ex ſententia fides quo ad cõſanguineos oẽs,& etiam extraneos.l.i.in fine.cum.l.ii.ff. de libere agnoſc. ¶ Secũdo fallit in caſibus quibus quis ſciens alium defendere patiatur cuius defenſio primũ ſibi competebat,nam ſententia lata contra defendentem ſibi præiudicabit.l.ſæpe in §· ſed ſcientibus vbi bonam videbis rationem, ff.de re Iudic.de cuius declaratione habes Rota in nouis deciſion.478. ¶ Tertio in omnibus popularibus actionibus. Quæ ſint habes in glo.Rubricæ.ff.de popul. action. Actiones videlicet quæ populi ius tuentur.De Albo corrupto, ne quid in loco publico.de ſepulcro.violat.cum cæteris. Vnde qui fuit abſolutus etiam propter Iuramẽtum ſibi delatũ dummodo bona fide fuerit exactum abſolutio talis præiudicat omnibus hoc eſt,ꝙ nemo amplius audiat accuſans. ¶ Quarto in publicis accuſationi bus quæ ſint habes bonũ tex.in.l.i. ff.de public.Iudic. nam ſi quis fuerit abſolutus pro eodẽ ab alio accuſari non poterit. ¶ Niſi alter ille dolorem ſuũ proſequeretur,& iſto caſu probare habet ſe ignoraſſe.Inſtitutam accuſationem tex.eſt in.l.ſi cui·§·iſdem.ff.de accuſ.quicquid in ſecũda expoſitione gloſa dixerit ibidem. ¶ Et niſi colluſio detegeretur.vt in.l.iii.ff.de præuatic. vbi textum habes neceſſarium primo eſſe pronũciari accuſatorem primũ præuaricaſſe,quam ꝙ ſecundus admittatur accuſator. Sed tamẽ hoc intelligas vbi ſecũdus non appellauit.Si.n.infra tempus appellaſſet admitteretur abſq; alia probatione præuaricationis.eſt tex.in.l.ſi perluſorio·§·i.ff.de appell.& ſic omnia prædicta intelligas. ¶ Quinto fallit vbi mãdatum fuiſſet, vel ra

tum fuerit habitum, vt cum altero ageretur, vel quod fuerit actum, eſt tex. in. l. i. C. quibus. res Iudic. non nocet. Hæc vera eſt non tamen bona fallentia, quia cum fuerit mandatum non dicetur altera cauſa ſimiliter vbi ratum fuerit habitum, argumento. l. ſi quis. in. §. pertinere. ff. eodē. ¶ Sexto in criminalibus magnis, nā ſi a Ticio de falſo, de aſſaſſinio, vel ſimili, accuſatus cōdemnatus fuit, ſentētia talis famoſa in qualibet cauſa ſibi præiudicabit. Idem in excommunicatione, vt Abbas tradit in. c. i. de Rapt. ¶ Septimo in caſu. l. fin. ff. de petition. hered. ibi. ꝙ ſi petitor. vbi ſi egi petitione hereditatis ac dum agerem creditores heredis a me creditum petierūt poſtmodum victus fuerim, ab eo qui ſententiam reportauit petere potero quod recte ſoluerim creditoribus. ¶ Octauo in caſu quo ſententia lata ſit, quem eſſe maiorem. xxv. annis. Probabit. n. ipſa & quo ad omnes alias cauſas illum eſſe maiorem. quapropter nō reſtituetur ſic in alia mihi præiudicat. Hæc vera in ſe tamen non bona fallentia eſt, quia loquimur qñ alteri præiudicetur nō ſibi ipſi. Quod vera ſit, eſt, tex. in. l. de ætate. ff. de minor. vbi notam bonam glo. in verbo. probandum. dicens ꝙ vbi ſe maiorem quis allegat probare debet. ſi aſpectus eius potius denotaret minoritatem. Sed ſi dixerit ſe non minorem probare debet, non habita conſideratione aſpectus, ex ratione qa minor ſemel fuit. ¶ Nono quo ad qualem qualem præſumptionem. l. ſi duo patroni. ff. de iure iur. Secundum Doctores non eſt bona fallentia pro ea q̄ in proxima præcedenti dixi. neq; puto veram, niſi cauſæ haberent cōnexitatem, vt ſupra de actis dixi. nam quando nullam haberēt cōnexitatem locus erit Rubricæ cum titulo. C. Res inter alios. act. ac legi. ii. C. quibus. Res iudic. non nocet. ¶ Decimo quo ad ſemiplenam probationem figurando caſus vt in actis diximus probatoriis, nam ſi vbi connexitas eſt acta probarent, vt ibi dixi, non minus de ſententia dicetur cum de vno ad aliud valeat argumentum, et ibi retulimus.

¶ REGVLAM Secundam ſic explicemus ꝙ res inter alios Iudicatæ his qui minime interfuerunt emolumentum afferre non poſſunt. eſt tex. in. l. ii. in. i. Reſponſ. C. Quibus Res Iudic. non nocet. ¶ Fallit vt ibi ꝑ glo. in caſu. l. denun-

ciaſſe.in.§.queritur.ff.de adult. ibi habes ꝙ vnus non admit-
titur ad accuſandum ambos videlicet adulterum & adulterã
ſed vnus adulteram alter adulteram accuſare debet,quo ca-
ſu adulter ſi fuerit abſolutus,talis ſententia proderit adulte-
ræ,& e conuerſo. ¶ Secundo in caſu.l.loci corpus in.§. ſi fũ
dus.ff.ſi ſeru.vendic.vbi ſi plures domini ſumus fundi domi
nantis.& vnus egerit ad viam,victoria ſua proficiet alteri.
¶ Tertio in caſu.l.poſtumus.in.§.ſi quis ex his.ff.de inoffic.
teſt.vbi ſi quis ex his qui ab inteſtato non admittuntur, ege-
rit querela inofficioſi & caſualiter obtinuerit,non ei victoria
prodeſt.Sed his qui habent ab inteſtato ſucceſſionẽ. ¶ Quar
to in caſu.auc.ſi quis.C.de natur.liber.Vbi ſi quis in Inſtru-
mento,vel ſcriptura priuata ſua manu triumq; teſtium ſub-
ſcripta.filios quos habet ex ea cũ qua matrimonium eſſe po-
terat,eſſe dixerit ſuos,efficient eo ipſo legitimi,& ſi vnũ tan
tummodo dixerit,eum nominando ſuum, cæteris proficiet.
¶ Quinto vbi pronunciaret quem eſſe maiorem.xxv. vt ſu-
perius dixi.nam illud & aliis proderit in diuerſa cauſa. pro-
ponentibus puta eum reſtitui nõ debere, habes igitur ex præ
dictis quando alicuius interſit habere ſententiam inter alios
latam.Quadere animus Iudicis debeat moueri ad iubendum
fieri editionem cæteris concurrentibus,vt ſupra de actis de-
clarauimus in fine, vbi nũc videas,& in aliis caſibus qui oc-
currere poſſent. ¶ CAPIAMVS Confeſſiones in qui-
bus pauca mea dicam,ſed ero potius relator. Prima conclu-
ſio erit ꝙ cum queritur an confeſſio principalis in cauſa iudi-
cialiter facta ſibi ipſi præiudicet in alia cauſa, reſpõdere de-
85. bes affirmatiue.inter perſonas eaſdẽ.l.generaliter.C. de nõ
num.pecun.c.per tuas.de probat.Abbas in.c.per inquiſitio-
nem.de electione.Bal.Alex.Decius,& communiter in.d.l.ii.
C.titulo noſtro. ¶ Idẽ inter alias in caſibus quibus lata ſen-
tentia ſibi ipſi quo ad alios præiudicaſſet. In iſdem confeſſio
ſua ſibi præiudicabit.vt ibidẽ Alex. Quæ cõcluſio vera eſt,
& ſi coram arbitro fuerit facta confeſſio per tex. in. l. penul.
ibi atteſtatum.C.de arbitr. ¶ Item & ſi in ſummario Iudi-
cio.Abbas in.c.dilectus.in glo.ſuper verbo confeſſus.de ca-
pell.monachorum, & in.c.cum dilectus.xxiii.col. de ordine

cognit. Alex.in conſil.xiii.libro, & in conſil.19. libro. iiii. ¶ Item & ſi iudicium in quo ſit facta nullum eſſet; Abbas in d.c.cum dilectus. ¶ Item & ſi fieret incidenter. Decius in.c. at ſi clerici.in princ.in col.ii.de iudic. Quē videre non poſtponas bene declarantem poſt alios ibidem. ¶ Similiter ſi qs vt teſtis in aliquo iudicio cōfiteretur, eius dictum contra ſe probat in iſto iudicio, quo dicitur falſarius quia in alio iudicio contrariū dixerit. Bar.in.l.eos.C.de falſis. Alex.in.d.l.ii. in.v.concluſione primi articuli. Quod eius dictum nō tantum contra ſe, vt contra teſtem. ſed etiam vt contra principalem in alio iudicio poterit produci. Abbas in.c.per inquiſitionem.col.4.verſicul.quartū intellectum de electión. Pur pur.in.d.l.ii.in vltima colū. Sed Rota contrarium tenet in Deciſion.854. Incipien. Quidam agebant. ex ratione quia confeſſio tanq̄ a teſte facta fuit ad alium finem. Idem Bal.in auc.ſed nouo iure.C.de pœna iudic.qui male Iudic.concludens ꝙ ſi quis confiteatur ſe iudicem corrupiſſe pecunia, Iudexq; ipſe fuerit abſolutus, nō propterea cōfitens poterit puniri. ¶ Placet mihi magis Panorm.in.d.c. Rationi contrariæ dicerem ꝙ veritas magis attendenda eſt q̄ finis ad quem tenderit ipſe cōfitens.l.illicitas.§.veritas.ff. de off cio præſid.cum concord.non obſtante regula.l.non omnis.ff. ſi certum petat. pro qua veritate voluit ipſe cōfitens vt eius dictū haberetur quādo eſt teſtificatus igitur.&c.facit Rubr.ꝙ quiſque Iur. ¶ Quod maxime procedere dicam in criminalibus. In his.n.& ea ratio potentior eſt ne delicta. videlicet. Remaneant impunita.l.ita vulneratus.ff.ad.l.acquil.nam de veritate conſtat ex confeſſione ſua Iudiciali ergo,&c.argumēto. d.Rubr. Quod quiſq; Iur.& ſi diceres ꝙ quamuis fuerit confeſſus, vt ſupra forſitan veritas nō erāt illa. Reſpondere imputādum ſibi.argumento.d.Rubricæ. Addas ꝙ de mendacio habetur in.l.fin.ff.de rei vendic. concluderem tamen in criminalibus illis in quibus pœna corporis venit imponenda, vt non plene probaret, ſed ſolummodo faceret inditium ad torturam, pro qua dixtinctione videas me ſuperius in Inſtrumentis verſi.ſtat finaliter ex prædictis. ¶ Aduertasq; nā Rota nō videtur in eo totaliter ſe firmare. ¶ Iterum attendas

procedere ꝙ ſupra tenui niſi qui iam cõfeſſus fuit alieno nomine conueniretur, nam tunc illa cõfeſſio nõ præiudicabit, cõeluditur in præfata Rota. ¶ Redeundo ad rem principalem, dicas ꝙ & ſi confeſſus ſit in ciuili probabit in criminali, Abbas in.c.iii.col.3.de confeſſ.& ç cõtra vt ꝑ Bal. & Alex. in fine.d.l.ii. Inferentes ad latronem qui ſit criminaliter cõfeſſus. Rem recuperanti proficiet. ¶ Item & ſi confeſſio fieret per extraneam perſonam, quã poteram prohibere, ac nõ prohibuerim, Immo ſim paſſus, mihi præiudicabit. Alex.in. d.l.ii.in.v.col.ex ratione.l.ſæpe.ff.de re iudic. ¶ Item & vltimo procedit etiam ſi per nuncium confeſſio facta fuiſſet, nã & in omnibus ꝑdictis caſibus dño præiudicabit. Bal. in Rubr.ff.de exerc.colũ.2. Decius in.d.l.ii. colũ. penultima.

